voluit illa voluntate signi duntaxat: in unguem enim Abrahamo sa-
cificij filij sui se genti iustarum hominum voluntate se ipsa neq. alterius:
prohiberi aut occisionem Isaac, manifeste convicit se noluisse mortem illius:
aliter ergo vult vultus reproborum, qui voluit immolationem filij Abrah.
Sed hanc voluit omni voluntate signi: ergo vult illa velle ac proprie se
voluntate beneplaciti. Confirmatur; quia dei nequit Deus voluisse
mortem Isaac, aut hanc esse voluntatem Dei sicut ab Apostolo dicitur I
ad Thimotheum cap. 4, haec est enim voluntas Dei sanctificationis
via: ergo voluntas Dei velle ac proprie terminatur ad sanctificationem
hominum, et non ita terminata fuerit ad mortem Isaac.

13

Probatur textus:
fere nihil frequentius in Scripturis, Concilijs, Sanctis que Latibus ex-
pressis invenitur, quae quod Deus omnibus hominibus nullo dempto
pro praesertim auxilia sufficientissima pro vera salutari conversione, ergo
que pro consecutione salutis aeternae, quandoquidem et deo Deus homo
factus est, et Christus passus iuxta Symbolum Noveni, qui propter nos
hominum, et propter nostram salutem descendit de caelo; at qui Deus nequit non
velle velle et proprie salutem, pro qua consequenda talia disponit media:
ergo Deus nequit non velle ac proprie velle vultus etiam reproborum.
Consequenter et recta, et major certa. Probo minor: Deus conferens
omnibus hominibus illa media non est proprie velle ut habeant
sufficientiam ad salutariem operandum, et vultus aequandem, vel po-
tius nequit ei proprie velle sufficientiam hanc, quin ejus voluntas

proprie formaliter ad salutem eorum extendatur: ergo voluntas Dei
 bene formaliter et proprie terminatur ad salutem omnium hominum.
 Consequentia legitime inferitur. Probo antecedens: sufficientia nostra 114
 ad bene salutarem operandum (ubi libertas ad aliquid quancumque ope-
 rationis) complete, s. adquate sumpta non potest in solo complexo
 nostra voluntatis et auxiliantis gratia creata consistere, et revera po-
 test existeret complexu utro, quin voluntas eliciat actionem salutarem, et
 quin huius omnia impeteret ipsi: ubi utaque requiritur quod pro-
 parata sit Omnipotentia, sive quod eodem modo, Deum esse paratum ad con-
 currendum cum voluntate nostra sic instructa. Nunc ita; sed huiusmodi
 preparatio consistit in libera Dei voluntate, qua non proprie terminatur
 ad instruendum voluntatem profani auxiliij, sed unquam ad producendum eum
 ipsi actu secundum: ergo Deus nequit proprie velle quod homines suffici-
 enter habeant ad salutarem operandum, quin velit illis operationem ip-
 sam salutarem.

Minor subsumpta patet ex eo, quod voluntas nostra predic- 15
 ti auxiliij instrui valeat, quin ideo Deus intelligatur paratus ad con-
 currendum cum illa: quemadmodum ignis babilonicus esse dispositus erat,
 et cum omnibus principijs, aliisque necessarijs ad comburendum tunc per
 eos in ipsum injectos: et similiter Abrahama ad interficiendum Isaac, quon-
 propterea dicitur posset Deus fuisse paratus ad concurrendum in combustionem
 et occisionem. Confirmatur assumptum ratione demum probante de antec-
 edens: Deum actu et execute prestat auxilia memorata tanquam media
 ad operandum salutarem, et ad constituendum salutem in potestate hominum
 quibus illa prebet; sed repugnat aliquid actu et execute ad aliud
 via sui ipsi ordinari, quin ergo illud aliud formaliter amittat, cum
 propria ipsi sit, et operetur eis, quod ita refertur ad illud: ergo &c.

Sectio 2^a

Refutantur solutiones adversariorum

Imprimis ergo respondent, allegari Apollini textum, cui proprie nititur aux- 16
 ilio nostra, non in ea latitudine, qua nos illy excepimus, intelligendum esse, et

à Dieu Augustino 1098 concurre ad vobis Predestinator; naq. lib. 4. contra
Julianu cap. 8. et de Predestinatione Sanctoꝝ cap. enj. 8. Illy explicat
per distributionem accomodg ita ut accipatur de omnibus, qui respici salu-
ty consequuntur, quia nemo salvatur nisi qui Deus vult salvari, l. soli
salvantur illi, quos Deus vult salvos fieri, ad modu quo 1^a ad Corinthios
cap. 16. venie. 22. dicitur, et sicut in Adam omnes moriuntur; ita et
in Christo omnes vivificabuntur, quin idco omnes omnino vivificantur
in Christo, sed quia nemo proxi quq. in Christo vitz consequitur.

V Hoc
ipſy explicatur notâ luculentâ que paritate Sudi-Magistri, de quo,
si solus aut unus sit in Oppido, V. Urbe, subinde dicitur illy docere
pueros omnes illius Urbis, non quod omnes defacto doceat, multi signi-
ficat quia rudes, hobetes, aut literariy omnes nolunt addicere; sed quia re-
vera proceptu invitit quod quod eruduntur in illâ Urbe, cy in eâ non
sit alius qui discipling tradat: non ergo pueros omnes ad vitz, nullo vè re-
lato, docet; sed solum literari informat omnes, qui defacto literas ibi dicunt.

IX Secundo respondent, eundem Sancti Doctoris aliter interpretari profaty
textu, ita nimiru ut proferat universalitatis pro generibus singulorū, non
vixit pro singulis generib; quia Deus vult ex omni genere sive statu ho-
minū aliquos salvos fieri. Sic illy exponit de Conceptione, et Trinitate cap.
14, et antevenerunt in Enchiridio cap. 103. . Rursum aliter (est que ter-
tia contraxionū responsio) ejusdem textus explanatione procat cap. 16. de
Conceptione, et Trinitate, et lib. 22. de Civitate Dei cap. 1. namq. vel-
le Deum omnes hominū salvos fieri, quatenus vult, ac efficit non velle sive
cupere salus omniū. Sic admodu in Sacra Scripturâ Spiritus Sanctus ex-
hibetur orans, uno clamans pro nobis, non quod quib; ipse clamat. l. orat;
sed quia nobis inspirat affectu orandi Deū, et pro eju ope clamandi.

10

Hæc omnes interpretationes, auctoritate tanti Doctoris reddi quodammodo
probabili, atque adeo non omnino certy esse, quod relata Pauli verba ne-
queant aliy subire sensu, quq. à nobis exprunt. Hoc autē intelligendū.

est, ita ut nullatenus excludatur sensus maxime literalis, quæ ratio-
 nes nostra manifestè probant, quem quæ Sanctus Augustinus ipse et
 de amplexus est; namque libro de spiritu et littera cap. 33, interro-
 gans quare voluntas credendi si dony Dei est, non confertur om-
 nibus hominibus, cum Deus velit omnes salvos fieri, respondet: vult
quod omnes homines salvos fieri; et in agnitione venire non sic
tamè ut eis adimat liberè arbitrii, quo b. bonè, l. malè utentes, ius-
titiamè judicentur, quod cum sit, infideles contra voluntatè Dei faciunt,
cujus Evangelio non credunt.

Item in libro ad articulos ipsi à quibus-²⁰
 de falsò impostos, et quorum secundus erat, quod Deus velit omnes
 salvare, hinc ita respondet, sincerissimè credendy est, atque profity
Dei, Dei velle ut omnes homines salvi fiant: siquidè Apostolus, dicit
ita est sententia volentè precipit, quod in omnibus Celestiy fidelissimè
custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur 16. Quæ ver-
ba, licet in pluribus Sancti Doctoris editionibus non inveniantur;
attamè extant apud Sancty Eusebii additamenty eius discipuly
responsione 2^a, ad objectiones Vicentinanas. Quare licet objecto
nobis expositiones aliquandò fuerint ab Augustino memorati Apo-
 stoli verbi adhibitis; nuy quæ verò negavit sensy literalis, et universa-
 ly, quæ ei subesse contendimus, et ipse tenet in testimoniy ejus rursus
 allegatis.

Nec obstat quod Sanctus Doctor supra citato cap. 103. En-²¹
 chridiy dixerit, posse rectè illy exponi quodcumque alio modò, dum
 tamè credere non cogamur aliquid Omnipotentis volente fieri, facty,
 que non esse. Subsumunt ad verum; sed ad missò sensu literalis et
 universali, quod sententia nostra sumit et exponit dicty Apostoli
 testimoniy credere cogemur, aliquid non esse facty; quod fieri vo-
 luit Omnipotenti: ergo. Nichil inquit, hoc obest, quia facile respon-
 detur ad mentè ipsius Augustini non omnino potest fieri, l. omnino
 non fieri, quod Deus, volens salvy Reprobos, fieri vult, adeoque voly-
 taty Dei non superant à malitia dissonantia illi;

22

Verbis enim quo num. 19. transcripsimus ex cap. 33. libri
 de Spiritu, et Litera immediate subdit, nec ideo tamē eę vincunt,
 " vix se ipos fraudant magno et summo bono, malū quē generaliter im-
 " plicat, et exequi in supplicij potestate ejus, cuius in donū misericordię
 " contempserunt. Ita voluntas Dei semper invicta est, vincetque au-
 " tē si non inveniret quid de contempnitionibus faceret, aut illo modo pos-
 " sent evadere quod de talibus ille constituit. Hoc ibidē apertissimo decla-
 " rat exemplo, statim annexo, qui enim dicit, v.g. volo ut hi omnes ven-
 " ti mei operentur in vineā, et post labores requiescentes egulentur, ita ut
 " quis qui eorum hoc voluit in pistrinū semper molat: videtur quidem
 " quicumque contempserit, contra voluntatē Domini sui facere; sed tūc
 " eam vincet, si et pistrinū contempnent effugerit: quod nullo modo fieri
 " potest sub Dei potestate.

23

Igitur, (ut iniquitatis est disp. Primum 35) qui-
 qui vray aliquis exordium ordinis Divina Providentia necessario relabi-
 tur in alteri. Quare, et Deus ita velit impertiri salutē operis omni-
 bus hominibus, ut obstinate volentibus illi recedere, decernens exoga-
 re penas eorumque imputari debitas, voluntas ejus nunquā omnino frustra-
 tur; quālibet res non consequatur effectus, qui esse et quasi primario
 intendebat, nempe salutē etiam eorum qui culpā suā perierunt; attamen
 alij effectus (qui ex suppositione penarum intendebat) vultū scilicet deli-
 quij sceleris, promeritisque delinquentis punitionis infallibilitē obti-
 net: proinde que nunquā vult fieri, quod aliquomodo factū esse non
 contingat, siquidē vana gaudia stultē decernens, in supplicia per-
 petua sunt detruentur.

24

Aliter etiam responderi potest, Augustinus ubi vo-
 bi objectis dixerunt supponendo, seu saltem permittendo. Nulli testimonij
 intelligi de voluntate Dei simpliciter efficaci, nisi de Deo volente fi-
 ni aliquo, et ad eum adeptionem utente in vobis omnibus, quo pro illo conse-
 quendo poterat adhibere: cuiusmodi sane voluntas in Deo nunquā frustra-
 tur effectui, et oppositū subinde contingat hominibus, qui facientes,
 quantum in ipis est, ad finem consequendum, in causis hominibus laborant, quā

numquam in promptu non habent media simpliciter efficaciam; neque, quibus illa habuerint ad mare, per se non veniunt quae, pro alijs, inferendo fieri magis conducunt.

Occasionem ita procedendi, scilicet in sup-
positione quod voluntas Dei simpliciter, et absolute sit efficax respectu sui termini, dedit Augustino Controversia cum Pelagianis, ex omni affirmantibus debere voluntatem hominum antecedere voluntatem Dei, ut posset eos salvare, proterea que negantibus posse Deum facere, ut vellet homines absque libertatis coactione. Cui Sanctus Doctor e contra catholice docuit, Dei gratiam provenire bonis hominum voluntates, et has a Deo non solum julari, sed etiam fieri; uno talis atque tantus esse Dei potentiam, ut nequeat illi deesse modus vocandi homines, ita ut re ipsa libere velint, ut late declaratur in tractatibus de Gratia et Scientia Mediana. Quapropter, et si Deus non velit salutem reprobos, quantum potest illi velle, eorum vult illi quantum debet, etiam ex suppositione determinationis, aut ordinationis eorum in vitam aeternam: vult enim salutem reprobos, quantum sufficit, et opus est, ut non Deo, sed ipsi describatur, quod actu non salventur.

25

Nunc igitur ad solutiones adversariorum uno verbo dici
potest, nihil ex illis concludi quod eorum veritas foveat; quia secundum allegatas expositiones Augustini, neque voluntas signi de salute reprobos inferatur ex verbis Apostoli. Deinde potest etiam dici generatim ipsi Sancti Doctoris scap. II. de Conceptione, et Gratia monuisse, memoratam Pauli testimonium posse multifariam accipi, veli multi modis intelligi, videntur ibi quosdam eorum ab ipso probatos esse in sui Opusculi. Unde, cum interpretationes illae nullatenus eludant acceptationem univocalem, et litteralem prodicti textus, nec obere nobis, neque contrarij proferre poterunt. Vide dicta num. 19. et sequentibus.

26

Proterea, quae regula generalis ab ipso meo Augustino statuitur, locutionum metaphoricarum alicubi scripturae reperi, uno solummodo repetita, alicuius sacrae Latinae locutionis adaptandae esse, nisi necessitas Latina id exigat; sed omnino, quoad

27

fieri potest, retinendus esse proprietatis, et simplicitatis verborum; aliam enim
ex verbis Scripturae nihil certum ac prorsus indubitatum habebimus.
Huic autem regulae periphrasis refragatur textus expositio textus Apo-
stoli data num. 18. nulla siquidem ibi detegitur necessitas recurrendi ad
metaphoram; et quae producit in expositione memorata minime con-
gruit contextui; Paulus enim deo nobis iungit orare pro omnibus,
quia Deus vult omnes salvos fieri: ergo non inducit ad optandum et
cupendum salutem omnium ex eo, quod Deus illi velit: ergo Deus vere
tribuit hanc voluntatem, non quod eam faciat in nobis (alioquin suppo-
neret id ipsum quod per suadendam nititur) sed quod illi habeat in se.

28 Insuper: deo Deus facit nos velle, desiderare quae salutem omnium homi-
num, quia hoc est consentaneum ipsius voluntati: ergo hic effectus Dei, nempe
facere nos velle salutem hominum, in ipso supponit eandem voluntatem. Ad-
de, quod Apostolus hanc Dei voluntatem etiam evincere conatur ex eo, quod
unus est omnium Deus, qui pro salute consequenda dedit omnibus unum me-
diatorum, et redemptorum: ergo loquitur de voluntate ipsius Dei, et non de
voluntate, quae illi nobis infundit. Denique verus metaphoricus, sive
proprius, verborum usus loci Scripturae, sumi debet, quantum fieri valet
ex consonantia eorum, aut aliorum locorum; atque tali metaphora nullibi
reperitur, nec insinuat in locutione simili, sed verborum proprietatem ubique
servatur: ergo verus illius textus Apostoli est, quae ipsa verba simplici-
ter ac proprie sumpta profertur, nempe Deus velle et optare, quantum
est ex se, salutem omnium hominum, adeo ut vis omni nulli occidat, nec oca-
na felicitatem ulli relinquat simpliciter impossibilem.

Sectio 3a.

Solventur argumenta contraria.

29 Hic etiam obtendi volent quatuor ille rationes, quas pro stabilenda Eno-
videntia Dei simplicitate efficaci quodam omni sine particulari adducere
contrarii disputatione procedente a num. 20, quae quae, quorum ibi voluit,
in presenti protermutimus. At obiciunt opponunt quinto: qui potest abro-

lute facere aliquid, quod se ipsa non facit, utique censetur illud nolle, sive non velle; sed Deus potest omnes homines saluos facere, et nihil omnium de facto non valvat omnes: ergo Deus non est verè et propriè volens salutem omnium hominum. Hoc argumentum adeò laudatum à quibusdam, ut prorsus ineluctabile pronuntietur; sed immerito, uti mox apparebit.

Itaque respondeo distinguendo majorem: qui facere potest, et non facit aliquid, quod alterius arbitrio non subicit, censetur illud, concedo majorem: qui potest facere, et non facit, quod subiacet alterius arbitrio, subdividuo: censetur illud non velle quatenus potest, et absolute efficaciter, concedo majorem: censetur illud non velle sicut ineffaciter, et quantum sufficit ne per ipsum stet, sed per alterum, quod se ipsa non facit, nego majorem. Et permissa minore: distinguo consequentiam: non est verè et propriè volens absolute efficaciter, et quantum potest per infinita media in thesauro Omnipotentis contenta, concedo consequentiam: non est verè et propriè volens ineffaciter, sicut tamquam, et quantum debet etiam ex suppositione ordinationis omnium ad salutem suam libertate consequendâ, nego consequentiam.

30

31

Imò Deus non solum vult salutem omnium quantum sufficit, ut eorum perditio non illi, sed ipsi imputetur, sed etiam quantum potest, non quidem absolute, sed per media que de facto contulit illi, ex se certe sufficientissima, culpa vero peccantium inefficacia, et effectu frustrata. Unde minorum antea permissum, ita distinguo: Deus potest salvare omnes homines, etiam illos, sive salvâ eorum libertate per se aliqua auxilia gratis, concedo minorem: per se omnia et singula, subdividuo: potest efficaciter, nego minorem; potest ineffaciter, et quantum est ex parte sui etiam efficaciter, concedo minorem. Solutio satis clara daretur, neque poterat magis explicari, quam plura, que privatim spectant ad Scientiam Mediam, attingantur.

Opponunt verò: autem Dei voluntas ad salutem Reproborum tenetur manata neque sit necessaria, sed omnino libera; repugnat autem in Deo voluntas libera, que formaliter, et verè fenatur in salutem eorum qui reprobant: ergo &c. Probant majorem; quia Deus ne deus potuit nullum om-

32

nunc condere creaturas racionales, sed etiam Angelos, et homines cre-
are, quin ad finem adeo sublimem illos ordinaverit. Minorum etiam probris:
et impuniti, quia voluntas Dei libera petat aliquam mutationem, quia, cum
inveniri nequeat ex parte Dei, necessario querenda est ex parte objecti;
sed in objecto, de quo nunc agitur, nulla mutatio reperitur, quando-
quidem salus Veproborum inter seque possibilia prorsus unanimes remanet:

33

Deinde probant eandem minorem; quia predicta voluntas nequit objec-
ty aliquid proportionate assignari; non tenet saltem ipsa Veproborum ut pos-
sibili, quia sic accepta necessaria est: propterea que tot sumptus gratiarum uno
saltem expendentur ad reddendum pro seque possibilibus illorum salvationem; nec
est in objecto prefato voluntati proportionate assignari potest illa salus,
ut existens, scilicet ut aliquando futura, cum re ipsa nec existat, nec unquam
existura sit: implet ergo voluntas in Deo vere formaliter ad salutem
Veproborum terminata.

34

Importunitas huius argumenti concurritur ex eo;
quod huc ingerat intricatissimo illius difficultatis constitutioni actus li-
berorum Dei: hoc videtur, quia nititur in opinione, que negari potest
eandem licentiam quia supponitur. Imo quancumque pro constituendo actibus
Dei liberi necessaria fuerit inter antiquos illa sententia, recessum
ad extrinsecam vel constitutivam, seu connotatam; tamen apud recentiores om-
nino prevaluit opposita, que tenet prefatam constitutionem esse totaliter et
adque intrinsecam; proinde quia diversitas decretorum Dei, seu diversi-
moda Divino voluntati affectibilitas erga idem, ad prorsus immutatum
objectum ostenditur necessaria multipliciter. Unde, rejecta sententia cuius
superstitia, argumenti machina coarctat.

35

Ceterum, esto nunc admitta-
tur opinio Basilii Legionensis, cuius etiam est hoc argumentum, facile de-
signari poterit extrinsecam, sive connotatam, sive constitutivam, scilicet actio
per que producitur auxilium collatum ex intentione operis salutari: vel
etiam extrinsecam promissionem in scriptura totum venato, que, cum fiat a Deo,
nequeunt non esse conditionis, quibus quomodo veluti connotato, vel ex-

universo constituto, voluntas Dei probens omnibus et singulis hominibus media sufficientia sicuti debite determinabitur, ne determinat sicut in auxilijs seu medijs quo confert, sed obsequium ferat in ipso salutis, pro qua consequenda prestantur.

Et hinc ad ar 36
 gumentum in forma, concedo majorem, et nego minorem. Ad cuius primam probationem, id sicuti constituit esse nullum, et certe secunda non est illa melior, aut efficacior, cum in affectibus humanis clarissime habeat instans: Quomodo itaque quod velit infirmus amari et cupere salutis, quod plerumque non alienatur? Infirmitas non amat salutem ut possibile; parum enim, vel nihil illi prodest possibilitas ejus, cum potius angat, quod soletur memoria boni absentis optati, et fortasse non habendi. Nec igitur amat salutem ut existentem; quia revera non existit: immo propterea gemit, agrotat, atque dolet. Nec denique salutem amat ut futuram; tamquam proinde ignorat, utrum aliquando sit existens nec no; cum quia si forte decumbat, alio se letali morbo committatur, prudenter forte iudicat se nunquam prorsus valetudini restitutum esse. Cum igitur haec ita sint, respondeant adversarij, quid recipere velit ager ille sanitatis desiderans.

Quod proterea attinet, respondeo ad probam 37
 rationem, objectam illius generali et antecedenti Dei voluntati esse salutem ipsam omnium hominum ut existentem, non quodj exercere, vel ita ut particula reduplicativa denotet illam quasi possum extra causas, aut actualiter existentem proponi Divinae voluntati; sed ita duntaxat, ut significet existentem salutem representatam et in se vixi possibilem, et antecedentem sufficientiam comparabilem per media, qua Deus de facto confert, quatenus nimirum per illa salus abunde constituitur ut, aut sub potestate hominum. Ut enim voluntas Dei serio feratur in salutem omnium, et, quantum ex parte sui sincere velit ac intendat eam non requiritur quod hoc antecedenter illi representetur ut existentem aut futuram; sed omnino sicuti est, quod ipsi proponatur ut potens existere, sive non repugnans existentibus.

Nec tam inficiabor, si quis id exigat, hanc ipsi Dei voluntatem etiam ad perditionem hominum terminari, non ex amando, sed unice permittendo; ad modum quo decretum applicatum Omnipotentis unius attingit omnia libertatis extrema, quo per ipsi executione redduntur plene sufficienter possibilia voluntati creati: non tam deo vult extremum illud quod vetari est. Nec hinc illatenus inferitur, quod intendunt aliqui, posse videlicet absolute dei Deum habere voluntatem antecedentem circa perditionem hominum. Non, inquit, inferitur; quia tametsi Deus vult efficaciter voluntate consequente damnationem operum illorum, qui decedunt in peccato: hoc autem voluntati antecedenti, quatenus est ex solo Deo, proactivè que consideratur à provisione mortis eorum in peccato, nec vult, nec amat damnationem, sed solum exvenire sinit, seu permittit.

Opponunt septimo: ad salvandum Apostoli textum, et universalitatem locutionis à Sancti Latinitus adducta, omnino sufficit, quod voluntas Dei terminetur ad salutem Verborum universaliter, et in causa, atque adeo nequaquam oportet, quod ad illam formaliter et in se ipsa terminetur: ergo 16. Ratio hoc à Ludovico Legionensi proponitur uti solutio principis nostrae probationis; ac ab alijs in argumentum exigitur, cui tamquam facili respondetur ex dictis num. 13. et duobus sequentibus huius disputationis; quia voluntas Dei sicut formaliter in quantum cumque sufficientiam quae creata, seu non includente preparationem Omnipotentis pro ut explicatur ibi, nullatenus dici potest voluntas salvandi eos, quibus de facto constat sufficientem illam. Sicut amor Omnipotentis sufficientis ex se, uno sufficienti unius, ad productionem creaturarum suae possibilium, nequit illo modo dici amor productionis illarum: ut nec amor mortis Christi Domini per se sufficientis ad redimendum delinquentes Angelos, dici potest amor redimendorum eorum.

Sectio 4^a

An hoc Dei voluntas extendatur etiam ad sufficienter et serio providendum reparationem

Generis Humani post lapsu?

Extra dubium est *Deo* operante *Adami* in originali iustitia conditi *40*
 fuisse, talibus que gratijs instructis, ut non solum sibi potuerit auer-
 tere privilegium illud inestimabile, sed et quoque posteris caris mi-
 xerit, adeo ut in omnes et singulos ejus nepotes et plenissima suffi-
 cientia dextera ad salutem dextera consequenda, si non deli-
 quisset ille. Quare soli *Ado* peccato tribuenda est, quod innocens
 via, que *Deus* infinita pietate sua patefecit omnibus hominibus
 ad vitam dextera, occlusa nobis fuerit. Unde manifeste sequitur,
Deum ante lapsu *Adami* habuisse voluntatem antecedentem serio ren-
 cere que terminatur ad salutem dextera generis humani.

Nunc ex 41

go volij inquiratur, an *Dei* voluntas etiam extendatur ad recuperati-
 onem, non quidem originali iustitia, sed subito simpliciter, et absolute
 tali, seu gratis justificanti per mediatorem *Christum* Dominum obtin-
 do, ita nimirum ut hoc voluntas reparandi genus humanum feratur in
 salutem omnium, sive sit adeo universalis, ut omnino nulli homini ex-
 cipiat a sufficientia consequendi salutem? Respondet affirmative, et
 vltra superius adducta scriptura testimonia, quibus abunde probata est
 etiam hoc responso, *Paulus* Epist. 2.^a ad *Corinthios* cap. 5. versiculo
 10. dicit, quomodo quidem *Deus* erat in *Christo* mundi reconcilians
 sibi, non reputans illi delicta ipsorum: hoc est (ut exponit *Angelicus*
Doctor) etiam actualia, que originalia, pro quibus scilicet satisfecit *Christus*
 tu.

Atque *Christus* Dominus plene quoad sufficientiam pro pecca- 42
 ti omnibus omnium generi humani satisfecit, nam, ut ubi nuper
 laudatus, ait idem *Apostolus*, pro omnibus mortuus est *Christus*, volens
 unquam mori pro omnibus et singulis prodesse, et pro cunctis illis obtu-
 lens: ergo *Deus* etiam acceptavit satisfactorum illorum a *Christo* pro omni-
 bus, et singulis oblatam, atque adeo sibi reconciliavit omnes quoad suffi-
 cientiam: ergo, quantum et ex se, velut omnes, et singulos homines illi-
 us beneficii participes esse, potuitque libertate, que *Christus* illi pro-

43

meruit: ergo voluntas Dei veri terminatur ad salutem omnium etiam post lapsum Adami restaurandam.

Diximus ex eodem Apostolo ad Colosenses cap. 2. versiculo 14. suetur; quandoquidem ibi de Christo Domino sic ait, delens quod adversus nos erat Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: et ipsum tulit de medio affigens illud cruci; similitudine namque Chirographi expressè declaratur obligatio, quæ (salvatorum gratiæ et immaculatæ Matris demeriti) omnibus Adæ posteris contractæ sunt subtrahendi scilicet onus Divinæ justitiæ privationis quæ gratiam omnium, quibus adjuti possent attingere felicitatem inveniunt in Adamo, de ligno vitæ non comedente, promissa, sed Christus Dominus prociisa morte suâ Chirographum delens, et abstulit, adeo quæ promissa extinxit obligationem illam: ergo nequæ Deus tam attendit Adæ peccatam in posterum transfusi, ut propterea denegat illi media necessaria ad salutem: ergo sufficienter providet etiam reparationem generi humani post lapsum.

44

Quævisque hæc nihil aliud est quæ explicatio et evolutio textus allegati: nec ullus alius sensus idoneus apparet, immo nec excogitari posse videtur, qui subesse potest illi verbi. Quid enim est, l. invenire potest, Christus Dominus prociisa morte suâ delens Chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, nisi debet in Divino Lamento contractam omnino remittere? Quid illud auferre, nisi condonare nobis obligationem, quæ Adæ culpam subteramus cæcæ mediæ ad salutem operam consequendæ? At per consequens auxilia gratiæ, quæ promeruit in cruce omnibus etiam infectis originali labe confertæ sufficientissima, ut scilicet velint in omni vita redire valeant.

45

Et si dicatur num. 44. hanc assertionem ex antea citatis Scripturæ testimoniis abundè probari, subdit omnino in verba Pauli producta num. 6. et sequente denuo reflexio est, quia pro certam argentissima, siquidem Apostolus ibi manifestè loquitur de hominibus originali culpâ conquinatis, cû Fideles evocæ deprecetur, ut orent pro salute hominum tunc temporum existentium,

qui certe ex origine ab Adamo ducta macula quoque traxerunt originali. Præterea, ut efficacius induceret ad fundendum orationem, quæ exigebat ergo de Christo mediatore commemoravit, atque nullus hominum à redemptione Christi Domini pro ut actu quodam sufficienter exhibita potest accipi, s. excludi, ut sonat ex num. 8: ergo voluntas Dei salvandi omnes, de qua Paulus ibi tractat, extenditur ad infectos peccato originali, maxime quibus indigentes tantâ redemptione.

Præterea, præfatus Apostoli testimonium in hac universalitate plerique sumunt à Sanctis Patribus, ut ostensum est num. 9. et 10., ubi quorundam productis ipsorum verbis, laudavimus: quibus addi possunt Divus Dionysius cap. 2. de Divinis Nominibus, et cap. 3. de Coelesti Hierarchia. Sanctus Hieronymus lib. 4. contra Jovinianum cap. 11. idem expressè docentes. Quare Doctor Crimius lib. 4. de Excommunicatione cap. 1. num. 10. super illa Pauli verba merito pronuntiavit, ubi clare loquitur de hominibus in lapsu, nisi pro illis omnibus, "pro ut nunc sunt, orari præcipit, et pro illis pro quibus Christus se ipsum Redemptorem obtulit. Et de hac voluntate, maxime loquitur Paulus supra citati, nempe quos nuper citati num. 9. et 10. memoravimus, et alij ergo quos brevitate ergo prætermissimus.

Iam à ratione probatur 47
 attentio nostra, nimirum ex eo, quod Redemptio Christi Domini fuerit universalis: Deus enim post provisy originale peccatum ordinavit Christum in redemptionem omnium hominum; sed hoc ordinata esse videtur hoc universale non potuit non esse effectus voluntatis ergo universalis, quia Deus quærit et esse voluit salus omnibus hominibus: ergo post provisionem originali peccati receptam voluntatem habuit esse terminatam ad salutem omnium hominum. Latet hoc; quia voluntas Dei, quæ tenet antecedenti absolute provisionem peccati originali, esse non postulabat redemptionem omnium, et illa voluntate supposita Deus poterat non misse Redemptorem universalem: ergo, iuxta nostrum intelligendi modum alij voluntatem habuit liberandi post lapsum omnes homines,

propereaque minit universalis Vidempton, ut quot quot in cul-
pa incidunt ejus ope rursu exigi possent.

Itaque Divus Thomas

3^o contra Gentes cap. 159. absolute protulit, ex--- ut in potes-
tate liberi arbitrij impedire Divino gratia receptione, l. non im-
pedire: non immutato in culpa inquitatur ei, qui impedimen-
ty prostat gratia receptioni. Deus enim quantum vis est paratus omnia
omnibus gratia dare; sed non ita paratus est gratia omnibus impa-
rire, nisi vellet eg enogare collapsu in peccaty originale: ergo volun-
tas Dei de salute omnium etq infector originali labe complectitur,
adeo ut omnino nemine excludat nedu adulty, sed neque parvuly
quid quid alij veniant. Sic ergo

Sectio 5^a

An assenta Dei voluntas ad
salutem quoque Parvulorum
sexu et sincerè terminetur?

49 Doctor Auctus tom. 1^o in 1^a 2^a part. disp. 26. cap. 2. excipit ab uni-
versali Dei voluntate salvandi omnes Infantulos, prius extinctos,
que in lucu editos, et que natos, aut unomatura morte pro reprobis
ab eo celestia, ut nulla hominum industria potuerit eis minit trahi
baptismus. Id sentunt ab ipso citati Gregorius Ariminensis, Gabriel
Eiel, Ricardus, Oxedo, Dominicus Soto, quibus adjungit Angelicus
Doctor, et sane non improbabilitè; arg in 1^a 2^a part. disp. 26. quost. 1. art. 1^o
in quostioncula 1. ad 1^a, ait, non est ex defectu Divino misericordie,
quod in materni uteri eximentibus remediis non exhibetur, sed
quia non sunt capaces illius remediis, per quod secundu legem corn-
munis participes passionis Christi efficiantur à qua est remissio
peccatorum: quia non possunt subijci operationi ministrorum Ecclesie
per quos talia remedia ministrantur. Et nihilominus Gonetus tom.
2^o disp. 5^a num. 170. solita sua eruditione solum allegat Laurentius Vass
quez quasi solus ille docuerit universalis Dei voluntate salvandi om-
nes homines non complecti Parvulos.

De hoc autē sic modo quod fuerit, affirmatū et cū Exordio Do- 50
 ctore lib. 4. de Predestinatione cap. 4. generalis Dei voluntatis de va-
 lute omnium etiam ad Infantes extendi. Auctio spectat ad hucusque sta-
 tutū uniuersale dogma, nempe Deus uult omnes homines saluos fieri,
 sub quo certe Laruuli comprehenduntur eo ipso, quod non excipiuntur.
 Proterea reflectiones antea facta, scilicet à num. 6. super uerba
 Pauli etiam Infantes attingunt; cū enim Apostolus ibi dicat pro salu-
 te omnium mandari esse, Christus Domini esse Redemptorū omnium Lar-
 uulos utique sub illa distributione complectitur. Et in hoc sensu
 locus ille non solum ab Expositoribus uel plurimum intelligitur sed ab
 ipso Dico Augustino, qui lib. 4. contra Iulianū cap. 8. sic ait, etiam
quod Laruuli homines non sunt, ut non pertineant ad id quod
dicitur, uult omnes homines saluos fieri? Quis quidē interrogatio
 uim habet affirmationis, et non qualicūque, sed firmisimā,

Speci- 51

atim quoque probatur auctoritate Dni Gregorii lib. 2. de uoca-
 tione Gentium cap. 32. aliter. 8. sic aucti, non in religione arbitrio: 77
 uti paucorum dierum homines ad illa pertinent gratis partē que semper 77
 impensa et uniuersis nationibus, quā utique subeū obtinentur eo 77
 quod parentes, et qui per eos iuuantur; omnia namque exordia 77
 Laruulorum, totaque illa principia rationali Infantis sub arbitrio iacet 77
uoluntati aliene. Nec idē quia sanctus Doctor Infantulos hūc ap-
 pellat homines paucorum dierum exigit illos, qui non diu egressi mater-
 nis alui expirant; neque etiam hi sunt homines plurimū .l. paucorum die-
 rum, scilicet eorum quot quot illi fuerint, qui ab animatione usque
 ad obitum elabuntur.

Nunc autē ex eo, quod Deus ita uoluerit om- 52
 nibus Infantulū utiq; uteriq; aperit sequitur, quod etiam illi omni-
 bus (nequidē uno dempto) prouidentur media quodammodo suffi-
 cientia ad utiq; uteriq; obtinendū. Illatio, que pars est et comple-
 menti attentioni nostris, suadetur: quicquid enim uult fieri aliquo
 dūmodo prouident agat, uult quoque mediā pro fieri auerutione suf-

ficientia, salte eo modo quo vult ipse fieri; at qui Deus voluit omnibus Parvulis fieri oremus beatitudinem: ergo, quod tu et exire, vult et etiam et pro paravit media sufficientia ad finem illum assequendum. Major constat; quandoquidem aliam, scilicet formaliter, scilicet saltem virtualiter simul vellet, ac nollet. Minor probata manet numeri antecedentibus.

53

Consequentia recte deducitur, consequenti vero magis expligenda est, ne nimirum exeat equivocatio, quo non potest involvat tenendum rem aliunde satis obicung. Igitur annexere, Deo ex parte sua providere Parvulis media sufficientia pro fine salutis oremus consequendo, non est dicere, quod in eorum Infanti potestate constituitur illa media; sed quod ea possunt in potestate scilicet parentis, scilicet aliorum hominum, ita ut si homines uti facultate sibi concessa non abuterentur, nulli deflexeret ordo, nisi cuius rexy naturalis, sed omnino sic eveniret, ut baptisma potuere ministrare Parvulis, qui sine baptismo decedunt, quorum proinde ruina nullatenus est adhibenda Divino Providentia, sed eorum culpa penus quon exat hoc potestas a Deo data.

54

Ob hoc asserunt nequeo Theologi illi alioquin gravissimi, qui soli causis naturalibus attribuerunt impedimenta receptionis baptismi; quia cum dispositio causam naturalis independens Dei a libertate creata, sit a solo Deo, consequenter ipsi sibi tribuendum est impedimentum unde resultans, atque adeo illi diuinitatem impugnantem, quod Infantes, qui pereunt salutem de facto non assequuntur. Unde manifeste deducitur, quod neque senio vellet con salvari; non enim concipi potest senio volens aliquid fieri, qui ex se fieri illum efficaciter impedit: ergo si Deus ex propria sua determinatione apponit impedimentum efficax salutem Parvulorum, utique non vult eorum senio et senescere.

55

Si ad rationem a nobis factam aliquis responderit, intentionem finis efficacem et absolutam inferre meditationem applicationem secus vero simpliciter complacentem, cuiusmodi ratio est voluntas

quod Deus vult omnes homines salvos fieri. Responsionem frange,
 qui nōq̄. meretur ~~parv~~ vnde agitur exonerat projectione mentis & fragi
 in mare, simpliciter quōq̄ affectus habetur non proficiendi merces, nullus
 vero medius adhibet ad illas non eiciendas: ergo simplex affectus ex
 ga. fing non inducit positionem mediorum: ergo tamen Deus velit
 affectum simplici salutis atq̄q̄ Infantulorum, non inde colligitur,
 quod etiam probeat illi media sufficientia pro salutis adeptione.
 Imo manifestus est exemplo nati fragi simpliciter affectus ut fing
 aliquis esse conjungibilis cum voluntate simplicitate efficaci non ag
 glōcanti media necessaria ad eum aucutionem.

Ceterum responsio hoc, 56
 estō speculō coninnata, difficultas est, ac planē nulla; quā si volun
 tas Dei erga salutem parvulorum ex se non inferat collationem, vel sal
 tē oblationem mediorum sufficientem ad illa obtinendā, certe, non po
 tuit ac magis vult salvos fieri parvulos in peccato originale lap
 sos, quā voluerit salvare malos Angelos post lapsum eundem in pec
 cato actuali; quandoquēq̄ vultō etiam satisfactione, atq̄q̄ glo
 rificatione potest simplicitate complacere, cum secundu re sit objectus
 velle boni, adeoque Divino complacentio proportionari: ergo
 licet ad inducendū hunc effectum nulla voluerit applicare media,
 tamen in eo potest habere simpliciter complacentia: ergo par est utro
 bique ratio.

Imo potest eodē modo dici, quod etiam Deus vult omnium 57
 hypōtheticā omnium naturalium Angelorum, et hominum. Patet evi
 denter; quia si ad veritatem et proprietatem huius locutionis omnino
 sufficit mera complacentia, l. affectus ad eō simplex, ut nec inferat
 media, nec ad opus peragendū oblatenū inclinet, sed omniē respiciat
 perfectionem, et veritatem objecti secundu re, Deus utique multo magis
 complacet in universali unione hypōthetica naturalium naturalium,
 et ad eō simplicitate affectus, quā ad salutem atq̄q̄ parvulorum, cum
 hoc ab illa superetur infinite, tō in bonitate, quā in pulchritudine.

58 In exemplo timenti naufragij, deoque presentis in mari mex-
ces notandus est, imperfectus illg voluntas abijcenda mexces formaliter,
aut salis virtualiter includere conditionis (ob qug eadg conditionata
nuncupatur); objectus enim ejus est hoc, mexces non proijci, si cum
illarum retentione periculo imminens amoliri poterit. Quam volu-
tas ita rationis quodq; habet intentionu, non efficaci, et absoluta,
sed cu profata limitatione, seu conditione, si liberam potest. Itaque
si hujus intentionis adhibet, quantum poterit, media, qug conducere
valent obtinendo fini sub memorata conditione; nihil enim
relinquit intentatus, et re, mexces que proijci incolumes: ad eas ve-
ro non ejcandas cu periculo submersionis nulla media proparat,
quia nimirum intentio servandi mexces non tendit infra illum
absolutu.

59 Et hinc patet, responsione, ac eadg exemplis, quo firma-
tus acquisitioni subesse; niquid in utroque ab affectu simplici
conditionata que voluntate conferendi media sit tantum ad volu-
tatis absolutu et efficacis. Non ergo adscribimus velle Dei efficaci-
ter, et absolute probere parvulis ipii omnia media proxime suffici-
entia ad salutis asecutionis, sed solum esse paratum ad illa danda qug-
ty est esse, consequenter que velle salis affectu simplici, et volu-
tate conditionis involvente, media conferre. Quod ergo non
sequatur voluntas efficax dandi media (quod unice probatur exem-
plo supra productis), tamq; affectus iste simplex, et conditionata
voluntas illa providendi necessario sequitur ex ante stabilita geni-
rali voluntate salutis omnium.

60 Igitur ille simplex affectus Divina
voluntatis erga salutis orerug Infantulorum habet rationis inten-
tionis respectu fini illius quatenus per media comparabilis; non
tamq; habet rationis intentionis absoluto, sed conditionis aliqug in-
cludenti, quo sic explicari poterit, solo, qugty est ex me, l. ex par-
te mea salutis Infantulorum. Sub qua conditione, quando cu que po-
natur, illa Dei voluntas est efficax, sui virtutis efficacis habet: om-

nū enim conditionali, adimpletā conditione, transit in absolutū. Un- 61

de sequitur, quod voluntas ista duo peragat necessariō: primū, et si quō ad salutē parvulorū exigatur, quod à solo Deo pendat, eorū que capacitati sit accommodatū, adeo et eī quodammodo confectū possit, hoc illi offeratur, et quantū partem ipsorū capacitatis, etiam confecturā. Itaque Christus Dominus pro parvuli mortuus est, pro quibus equē ac pro ceteris hominibus obtulit redemptiōnis suę, pro illi quoque baptisimū instituit, imō contulit quantū est in ipso, et sic de alijs huiusmodi medijs, in quibus adimpletur conditio quę est ex parte Dei, proinde que voluntas illa transit in absolutū, et efficacē.

Secundū vero quod prædicta voluntas operatur, 62
est, Deus vult illius impedire non posse peculiari aliqua directā providentiā mediā, quō pendet à causā secundā, sunt que necessaria ad salutē parvulorū. Quare, ratione memorati affectus nequit Deus obviare applicatiōni baptisimati, aliorū ve mediōrū executioni, siquid aliā ageret contra suppositū nullius voluntate conditionē, quę est in eis: licet ergo vi affectus illius non teneatur ordinē causarū inventere ad hoc, ut præfata mediā de facto applicentur; tamē obligatur, et quāsi cogitur ex vi huius voluntatis ad offerendū quę est ex se concurrens ex parte nā necessariā ad applicatiōnē baptisimati, aliorū ve mediōrū, quō pro salute Infantū consequendā requiruntur.

Nec hui obstat, quod aliqui dicant, Christū Domini 63
nū respiciā non obtulisse partem suę pro parvuli istius; eorū vero nominati redemptiōnē, quia præter partem ejus etiam pro illi erat ex se sufficiens, illorūque causa communis erat cū reliquis hominibus. Non, inquit, obstat, quia iuxta communē Theologorū opinionem Christus verē ac propriē dicitur, et est quodam sufficienter, redemptor etiam infantulorū qui perunt. Id que docet expressē sanctus Hieronymus ad primū obiectiōnē Vincentianę, et ad nonā Gallorū,

et aperte desumitur ex illo. Io. Joanni cap. 2. ipse est propi-
riatio pro peccatis nostris non pro nostris autem tantis, sed etiam pro to-
tiis mundi, quia ex alijs Scripturae testimonijs patet obuijs.

64

Et Christus vere proprieque dicitur et sic etiam quoad sufficientiam,
Redemptor horum infantium satis non est, quod pretij passionis ejus
ad illos redimendos sufficiat, nisi pro redemptione ipsorum fuerit; ali-
oquin posset etiam proprie usurpari Redemptor Demorum, cum ad utroque
quoque saluti obtinendae valor passionis Christi fuerit sufficienti-
simus, quin propria sit, aut ab aliquo dicitur adhuc quoad suf-
ficientiam Redemptor Demorum. Neque refert, quid infantuli
causae habuerint communes cum alijs hominibus dummodo non
fuerit communis oblatio pretij pro omnibus. Profecto si centus
homines ob eandem causam essent in carcerati, nempe quia singuli debe-
bant duos aureos, et unus aliquis abunde posset pro cunctis nume-
rare pecuniam offerret solutionem debiti pro liberando quinquaginta
dumtaxat nullatenus appellari posset liberator ceterorum, adhuc
quoad sufficientiam.

65

Ob hoc alij respondent Christum utique cupisse
affectu simplici ut merita sua prode essent etiam Sacerdoti abique
baptismo decedentibus: at Sacerdos dixerit id nec accepisse, nec ordi-
nasse. Verum hoc omnino gratis appetitur; et enim voluit Deus
voluntate Divina, quia Christus humanae saluationis et redem-
ptionis omnium hominum secundum illud Joanni 3. sic. . . Deus di-
lexit mundi, ut filius suus Unigenitus daret: ergo si Christus re-
vera habuit voluntatem salvandi omnes, ut de facto habuit, in illa
se conformavit voluntati Dei, per quam officium redemptionis unive-
rsali accepit: quod munus per generale hanc oblationem adimplevit:
ergo Deus, quia est ex parte sua sufficienter providit omnino saluti
etiam infantulorum qui peccant.

Sectio 6.^a

Solventur argumenta contraria.

Hactenus asserita Dei voluntas ad salutem omnium parvulorum 66
 sexio terminata multi impetitur argumentis, qua tamen
 ad tria proculque capita reducuntur. Primum (et uniuersum) est
 inculpabili impotentia subueniendi pluribus infantibus numi-
 rus isti, qui moriuntur in matris utero quin ulli matrum
 incurie possit attribui mori ipsorum. Item illi, qui quibus nasci-
 tur, adeo repente decedunt, ut nulla hominum sollicitudo quicum-
 cumque sedula, sufficiat ad baptismum eis conferendum, ac providere,
 quod obesse in baptizati, nullatenus inquirari valet altantibus.
 ergo.

¶ Taceo, intendi, uno respiciendo contingere quod in objectione 67
 narratur: atque ad eo respectu plurimorum infantum ad ministrati-
 onem baptismi esse proxime impossibilem amentiam indumentum hu-
 manam, ut subiacente occurrentibus impedimentis. Ceterum haec
 ipsa impedimenta proveniunt, utque trahunt ab aliqua ac-
 tione peccaminosa, qua contra Dei voluntatem inter anteceden-
 tes eorum causas inreperit secundum dicta num. 53. Quare, licet
 omni indutia humana sit penitus insufficientem ad succurren-
 dum infantibus quibusdam ex ratione tunc occurrentibus impe-
 dimentorum; atque absolute non defuit hominibus potentia sub-
 ueniendi per administrationem baptismi parvulis illi: potestas, inquit,
 remota, non proxima, sed qua talis esset, aut in proximo transi-
 sisset, nisi per ante commissa peccata variatus aut innoxius fuisset
 ordo causarum naturalium.

¶ Secundum et textus Apostoli quae pro stabili 68
 sententia nostra citavimus, nempe Deus omnes homines
velit salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire; siquidem haec ulti-
 ma verba coarctantur priora, ita scilicet ut solum adultis adaptari
 valeant, cum illi soli sunt capaces ad agnitionem veritatis venire. Quae
 propter eum Divus Paulus affirmat, velle Deum omnes homines salvos
 fieri, non inde sequitur, voluntatem hanc ergo ad parvulos extendi;

na et si to omnes absolute prolata sonet uniuersaliter illy at uero
 indificty, iue restricty seu uerba sequentia, pro trahi nequit ultra
 significaty adjecto limitationis. Ad modu quo, tamen terminu ani-
ma per se cuncta significet animalia, tamj ad iunctu terminu ra-
tionale sola designat animalia ratione probata: nec aliteri proce-
 di potest.

69

Ad objectionem respondeo, posteriora uerba textus Apostolici, scilicet
 et ad agnitioy uocitati benice, iuxta plures, (quos inter Augustinus lib.
 4. contra Iulianu) magis ac potius intelligi de uisione beatifica,
 cuius abduro paruuli morientes ante rationis usum sunt capaces, eamque
 certissimè consequentur si sacro Lactice tincti fuissent. Deinde,
 quomodo agnitio uocitati ibi sumatur pro noticia mysticorum fidei,
 non est cum ab illa paruuli prorsus excludantur, nō in orate quę-
 rumusque tenella sunt capaces ueniendi ualē in agnitioy uocita-
ti habitu: eamque de facio recipiunt statim ac lustratione uni-
 trantur aqua.

70

Tandem, eto profatus Apostoli textus recipi non extendere-
 retur ad infantulos; alia uero sacro scriptura testimonia manifestè
 proferunt affirmatq; à nobis uniuersalitatē Diuinae uoluntatis
 erga ualē omniū absque limitatione, l. exceptione, consequentēque
 etiq; paruulos comprehendunt. Et proter iq; allegata, quo ueniū re-
 petere non uocat, ipse Paulus ad Ephesos cap. I. ueniculo. D. sic
 ait: ut noty faceret nobis sacramentū uoluntati suo, secundu bene-
placitū ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis te-
porū restaurare omnia in Christo, quo in Celi, et quo in terra
sunt in ipso.

- 71
- 72
- 73
- 74

71

Verū inquirunt: ex hui potius oppositū intento
 nostro deducitur; quia Deu non restaurauit in Christo quo in
Celi sunt, nempe delinquentes Angelos, ita ut ob eju merita pro-
 tulerit illi remediū sufficiens ad abolitionem peccati: ergo nāc in
 ipso restaurauit, quo in terra sunt scilicet hominū aut origi-

nali tantis, aut etiam actuali culpa maculatos, ita ut omnibus et singulis providentia sufficiens remedium ad illis abstergendam. Constat antecedens; quandoquidem Christus non extitit Redemptor Angelorum. Consequentia quoque recte videtur inferri, cum Apostolus eodem modo loquatur de reparatione utriusque naturae Angelico nempe et humano.

Sed nego consequentiam cum adjuncta ratione probativam; quoniam illa verba quae in Colu sunt non attribuentur Angelis peccatoribus (unde continuo deturbatis in partem delicti) sed ipsorum sedibus: quatenus, videlicet homines assumuntur, et subrogantur ad reparandas Angelorum ruinas: ac proinde Christus non est eorum Redemptor, neque missus ad illos restaurandos. Verum postrema verba textus allegati, nempe quae in textu sunt de hominibus accipiuntur, atque adeo ad veritates, et proprietates illorum oportet omnino quod omnia merita Christi Deo providentia omnibus et singulis hominibus remedia sufficientia pro recuperatione salutis amissa.

Septimum denique fundamentum ad probationem est auctoritas Divi Augustini, qui plura in locis oppositis sententiam tenuisse videtur, ut de Bono fenestratione cap. 12. de Gratia et libero arbitrio cap. 13. de Natura et Gratia cap. 6. ubi post alia dicit plures infantes absque baptismo mori, quia esse aliud non potest. Hoc ipsum Epist. 106. revocat in abyssum iudiciorum Dei, cum saepe contingat in parentibus infantum ita decedentium, bona, non mala praecedente merita.

Demum Epist. 107. loquens de Gratia sic ait, quomodo dicitur omnes homines esse fuisse accepturos, si non illi quibus non donatur, esse sua voluntate respuerent, quoniam Deus vult omnes homines salvos fieri, cum multi non detur parvulis, et sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, et aliquando capientibus festinantibus

75
" busque parentibus, ministris quoque volentibus ac paratis, Deo
" nollente non detur, cui regente antequam detur expinat, pro quo
" ut acciperet curabatur? Ergo iuxta Dⁿⁱ Augustini unice p^{er}-
det à Divina voluntate, quod plures infantuli (scilicet omnes
illi, quibus subveniendis non sufficit industria humana) sine
baptismo decedant, ac per consequens absque medio sufficiente ad
originali labem abluendo, cui aliud quodvis in circumstantiis me-
moratu proximo impossibile sit.

Respondemus Augustinum utique
nobis contrarium apparere multis in locis, quia tam in alijs
pluribus (quorum tria dedimus numero 13. 20. et 50.) docet ex-
pressè Deum velle salutem omnium hominum idè contendimus, ex-
poni posse, atque debere testimonia Sancti Doctoris quo contra
proventis avertit adducuntur. Dicimus ergo Dⁿⁱ Augustini
in ejusmodi locis ut plerumque loqui de propagatione medicorum ef-
ficaci quia misericorditer erga quosdam vitia, eandemque ius-
tissimo iudicio respectu aliorum omittit, quin ex parte hominum
ulla valeat huius diversitatis assignari ratio seu causa, pro ut
aveiebant Pelagiani, dicentes Deum aequaliter se gerere cum omni-
bus, adeoque proculari quod homines vellent salutem ut eorum ob huius
voluntati meritis illi conferretur in ipsique perficeretur.

76
Itaque
tò Deo nollente, quod in testimonio nupèr objecto protestim ex-
get, iuxta mentem Augustini nullatenus excludit antecedentem
Dei voluntatem erga salutem parvulorum: neque denotat (ut proren-
dunt adversarij) nolitionem efficacem eorum ad salutem attrahendi: sive
nolitionem (ut prosequuntur se se clarius explicantes), quia Deus ef-
ficaciter et omnino ex se, quosvis istos ab eterna salute repellit,
scilicet absque ulla atemperazione ad operationes liberas homi-
 Quoniam, peccator non est liber, nisi ad peccandum sine gratia li-
beratoris, cy tribus immediate sequentibus 39. 40. et 41., quo sane
 propositiones ipse fecit terminu concipiuntur, atque citata Patrum
 et Concilij locutiones, et si sensu longe diverso. Quam dicendum est,
 Concilij Ananiano, Divij Augustini, et alios Ecclesie Doctores
 eo loquendi modo solum intendere, libere arbitrii absque gratia pro-
 veniente posse peccando salutem impedire, sed non posse sine gratia
 bonum aliquid opus exequi quod salutem obtineat, sed quod magis ad
 eam accedat, quod si non operaretur illud.

Et hinc optime refu-
 tatur opinio Magistri Soto; quia, si opera solum natura viribus,
 et sine procedente gratia producta mereantur de congruo justifi-
 cationis et salutis, vel ad illas positivè quancumq; remotè tantum dispone-
 rent, aliquid utique valerent, et essent in negotio salutis, ut exca-
 minu ipse est evidenti: ergo ejusmodi opera neque de congruo
 promoveri, neque positivè remotè dispone possunt ad justificationem
 et salutem. Ceterum praesaudatus Magister Complutensis aliter me-
 moratas locutiones intelligit, et Pelagianismum impugnaturum, Pra-

49

*l. ab ea
recedere

So

sanam adoptare videtur vel, ut est in proverbio, incidit in
scyllam cupiens vitare Charybdim.

51

Denique sententia Magistri
Voto refutatur ex Angelico Doctore, qui 2. 2a. quart. 24. art. 3.
ad 1y. doceri gratia unicuique confertur iuxta dispositionem, et conatum
accipientis illi, adjuungit, sed hanc etiam dispositionem, vel conatum
provenit Spiritus Sanctus movens ~~ambulationem~~ mentis hominis vel
plur, vel minus, secundum suam voluntatem: et 2. 2a. quart. 113. art. 6.
dixerat, quod enim non requiratur antecedens donum habituale ut
voluntas humana se preparat ad consequendum ipsi gratia habitu-
ali donum, ne videlicet ut ibidem ait, sic procederet in infinitum;
attamen subdit ibi, supponit presupponi aliquid auxilium gratia Dei
interius animam moventi, sive inspiranti bonum propositum.

52

Ob hac
allegatur Magister contra Dico Thomam in loci nunc adducti
retractare, quo de preparatione ad gratiam verbis dumtaxat na-
turalibus habita tradiderat lib. 2. sententiarum, quo quo supra dedi-
mus num. 26. et sequentibus: vel ergo tenetur Magister Voto fa-
cere sanctus Thomam ipsi contrarium esse, vel plane concedere nullam
dispositionem quae naturalis, seu quae non proveniat a gratia Spi-
ritus Sancti, positive etiam removere condicere ad justificationem aut
salutem. Scio quod ille non semel Dico Thomas dissentiat, atque
ideo quod fortassis hoc dilemma non multum ei urgeat; sed volo
votum ignorare, quod celebri inter Thomita, nobis in presenti contra-
rium, etiam Angelico Doctore contradicat.

53

Neque proterendum est, quod
eius opinio de sufficientia naturali attritionis intra sacramenti
Contritionis, vel etiam baptismi ab adulto peccatore suscepti, ad justi-
ficationem obtinendam, sustineri nequeat, maxime post damnati-
onem huius propositionis, probabile est, sufficiens attritionem natura-
lem 57. inter proscriptas ab Innocentio XI. Imo, vel ante confixam
propositionem illam, agere defendi poterat memorata Voti Sententia,

primo; quia iuxta Tridentinæ Sessione. 6. cap. 6. ad iustificati-
onem omnino debet antecedere fides, quo secundum Apostolum ad
Ephesios cap. 2. Dei --- dony est, adeoque supernaturalis: ac
per consequens etiam supernaturalis et dolor eam regulatus. Secun-
do; quia Sessione 14. cap. 4. de attritione ad iustificationem exactam
dicitur expressè Dony Dei esse, et Spiritu Sancti impulsu: ergo
mera naturalis attritio nequit esse dispositio proxima sufficiens ad
iustificationem adhuc intra sacramentum penitentiae.

Et quamvis mi-
rabile foris alicui videbitur, quod Theologus Optimo voto, qua-
li est abbas laudatus Magister hoc accuratius non perpende-
rit proteritum cum ipse tam acriter animadvertat in Scoti asser-
tione, eam extra sacramentum penitentiae possibilem esse dispositionem,
quo sufficiat ad iustificationem impetrandam, quoque viribus natu-
ralibus tantis, et cum solo Dei concursu generali possit elici; non enim
apparet, quare potius opinio subtili Doctoris ab illo Pelagianismi
contingatur, quam quod eodem tenore subsit haecenus impug-
nata sententia censois. Nihilominus, quod nos attinet,
neutrum ex propositis adagij expositionibus ulla cum Pelagianis-
mo, seu Semipelagianismo nota cognatione inuicem soler-
mus, cum utraque defendatur à viris doctissimis, qui multi-
plicitè et varie tenuerunt sententiam.

Audeo tam affirmare, quod
salva fide, nequeat assenti memoratæ dispositioni solum naturalibus vi-
ribus elicite (quid quid sit utriusque meritoria dicatur, an secum) esse
necessariam; id quod etiam ejus patroni videntur agnoscere; quin et
ab ipsi Manichæis clare rati indicatur: propterea que manifestè
testatur ex supra producti Scripturae Conciliorum que testimonijs
ad probandam procedentis Dei gratia necessitatem quo iustificatione con-
sequenda. Insuper audeo dicere, comparari certitudine tenendum esse,
quod profata naturalis ad iustificationem preparatio nequaquam dici
valeat proxima dispositio sufficiens ad eandem; quia, si adinuatam

54

55

ita sufficiens, ut infalibilitè inferat gratià justificantiẽ eam
que sibi reddat omninò debet, hoc est ipsi Pelagianoy exco:
cãgõ.

56

Si vero non statuatur adeo efficax, sed tali indoli, ut Deus
absolutè possit illa non attendere, modo quò procedit à promissio-
ne Distinã, cuiusque dispositioni, licet auxilio supernaturali
præducto, possit accidere; quandoquidem ejusmodi dispositio suffice-
ret ut gratia justificationis, absolutè simpliciter que diceretur ex
operibus esse; sufficeret etiam, ut homo sine restrictione diceretur ex
suo sibi justificationis acquirere: quemadmodum ignis veri dicitur
ex suo comburere, quia vim comburendi sufficienter habet, et non
tq̃ efficiat, ut absolutè nequeat impediri. Preterea, clarissima que vi-
detur illatio, nec minùs clarè contraria doctrinò Tridentinè Sessi-
onè 6. cap. 8., nihil eorum que justificationis procedunt, sive fides,
sive opera ipso justificationis gratiã promeretur, si enim gratia
est, iam non ex operibus; alioquin, ut idem Apostolus inquit, gra-
tia iam non est gratia.

57

Quodsi tamẽ contraxerit sit aut institui-
atur de sola dispositione remota, nec adeo clarè, neque tq̃ efficaci-
tè impugnari poterit ex principiis fidei; quia definitiones Conci-
lioy et Effata Patrum plenèque loquuntur de actibus ad justificationem
propagantibus, ac etq̃ aliquomodo secus antecedentibus, attentis au-
tem, ut oportet, rationibus, atque fundamentis in quibus Patres, et Con-
cilia nituntur, perpensã qua locutionis universalitate, que semper
et ubiq̃ servant, facile monstrabitur ex hucusque dictis opinionibꝫ
illg̃ ferè nihil probabilitatis habere posse.

58

Verumque patroni quos in-
ter multi gravissimi que Theologi deprehenduntur à negrã excozi
notã quodammodo poterunt excusari, vel quia non omninò perpe-
xerint definitiones Conciliorum, Patrum que locutiones; l. quia dum
taxat intendunt aliquã dispositionis negativã, quatenus nimirũ
per opera naturalia moralitè honesta impediunt peccata, que non

negra

soly obicitur introductioni gratiæ, sed etiã præstant homines positivè indignos illius: t. demum quia tantum statuerit voluerint quibusdã dispositionibus, quæ licet ex naturã rei non exposcat infusionem gratiæ, tamen ab hac exigatur: de modo quo natura rationalis à gratiã præsupponitur, quin ideo gratiæ ex se postulet aut requirat.

59

Et quod speciatim attinet Angelicis Doctrinæ exponi poterit, et satis sine recursum ad retractationem à Thomistis inventam; dici namque potest, quod unice negaverit, aut exclusiverit gratiæ habituales, sive per modum habitus, vti necessariæ ad memoratam dispositionem elicendam; minime vero gratiæ actualis, aut per modum actus, quo voluntas exciteretur, et cuius principij sit ipse Spiritus Sanctus interius operans, quatenus ut explicatur et num. 16. et sequente interius huiusmodi motus immediate producat in nobis sine nobis liberè concurrentibus, ac etiã sine nobis operantibus vi principij supernaturalis, quod nimirum sit per antecedentem eius infusionem. Quare Divus Thomas quandoque dicit hoc excitatum esse quod exercitum, eo quod tale sit principium excitans effectivè: interius que vocat ille interius, eo quod interius sit principij formale formaliter excitans, nimirum ipsamet inspiratio Spiritus Sancti.

sectio 5^a

Solventur argumenta contrariorum.

60

Vti parum aut nihil in re differunt impugnato duo proloqui expositiones, ita quicquid in favorem unius adducitur, etiã de altero magis allegari solet. Quare rationes pro utraque militantes promiscuè dabimus. Inprimis ergo sic arguitur ex Isaiã cap. 30: expectat Dominus ut miseretur veteri: ergo Deus requirit aliquid exhiberi prius ab homine, ut postea gratiæ illi conferat. Confirman; quia subinde promittitur in Sacri Libri remissio peccatorum erogantibus elemosynam, et uxoratas iniurias condonantibus: sic etiam Danieli. 4^o. Habebodonosus Profeta dicit, peccata tua elemosynis redime, et iniquitates tuas misericordij pauperum. Et Luc 6^o. Salvator Noster

ait: dimittite, et dimittimini: ergo. Hic etiam a quibusdam accumulati-
vi volent ea scripturae testimonia quibus disp. 2^a probavimus Deo
serio velle salutem omnium hominum, sed ut mox constabit importu-
nissime.

61

Igitur ad argumentum concessa antecedente diciturque conse-
quens: Deus vult aliquid exhiberi prius ab homine, solus naturae omni-
bus operante, nego consequentia: ab homine instructo actuali gratia pro-
veniente, concedo consequentia. Hanc ergo gratiam actuali Deus impendit
omnibus, et exigit, aut expectat eos operari iuxta viam auxilij;
quod unicuique offertur, ut gratia obsequij illi elongetur, veniaque
peccatorum. Similiter ad confirmationem respondeo, remissionem peccatorum
que promitti remittentibus iniurias, et elemosinas donantibus ex affec-
tu supernaturali; secus autem si fiant ex misericordia, seu pietate mere
naturali.

62

Ut igitur actus misericordiae, quibus indigentia pauperum suble-
batur, et iniuriarum illatio condonatur, sint quales exiguntur in allega-
tis promissionibus, opus est ut fiant alteri spiritibus, quae qui correspondet
pietati pure naturalis: ac per consequens quoties exercentur ut oportet ad
salutem, non procedunt, sed subsequuntur motioni Divinae gratiae. Dulchis-
sime Dominus Bernardus de gratia, et libero arbitrio responsionem hanc
in paucis confirmat, seu potius exhibet in quaerens, comatus liberi arbitrii
casus sunt ad bonum (nempe salutis aeternae) si non adjuventur: nulli
si non excipientur.

63

Præterea quod spectat consilij Davidis (in quo pro alij
testimonijs nisi videntur adveniens) quantum precise constat ex littera
solum respiciebat liberationem a malis temporalibus, cui profecto saluti propor-
tionantur actus honestatis dumtaxat naturalis. Quo sensu similiter
a multis accipiuntur variae promissiones in scripturam factae, quod nimi-
um ad elongationem bonorum tantum temporalium extendantur, cui pariter
actus naturalis honestatis proportionati sunt. Unde nullatenus in-
ferri potest, quod actus honesti mere naturales habeant etiam proportionem,
vel per modum dispositionis, aut per modum meriti cy salutis aeternae.

Ex testimonijs, quo disputazione procedente dedimus ad probandum 64
 Dei seruo velle salutis omnium hominum unice deducitur, quod ab ipso
 providetur omnibus media sufficientissima ad salutem obtinendam: et ali-
 unde, quod illa media dicantur, et includant aliquid velle supernaturale
 grati omnino concessi hominibus, et sine quo nihil posse illi velle, seu
 facere, per quod salutem promerentur, aut se positum esse disponant ad il-
 lam consequendam, et ad actum quemcumque salutem elicendum omnino
 requiratur, ut procedat auxilijs grati, pro ut obiter iuravimus
 num. 23., et ex profeso probavimus a num. 37. huius disputationis.
 Unde patet quod impotenter nobis in presenti obviarentur illa sacra
 testimonia.

Arguunt secundo fructu auctoritate Tridentini saepe citati 65
~~de iusticia~~ sessione 6.^a cap. 8.^o sic dicens, cy vero et apostolus dicit, iustificari
hominem per fidem, et gratiam; ea verba intelligenda sunt eo sensu intelli-
genda sunt, quem perperius Ecclesia Catholica concessu tenuit, et ex-
pressit, ut scilicet per fidem deo iustificari dicamus, quia fides est hu-
mana salutis incipit, fundamentum, et radix omni iustificationis: si-
ne qua impossibile sit placere Deo, et ad filiorum eius consortium pervenire;
gratia autem iustificari deo dicamus, quia nihil eorum quo iustificationis
procedunt, sive fides, sive opera, ipsa iustificationis gratia promerentur
tur: in quibus verbis, inclinat, oportet Concilij loqui de iustifica-
tione formaliter accepta, seu pro infusione gratia sanctificantis, per
quam peccata remittantur; et non de iustificatione s. integraliter sum-
pta, seu pro tota illa mutatione, quo contingit in homine peccatore,
quoque incipit a vocatione Dei, prosequitur usque ad infusione
gratia iustificantis: quandoquidem hoc mutatio et fidem, quoque alios
peccatoris actus includit, ac per consequens fides, et alia peccatoris opera
sola procedere valent iustificationis formaliter accepte.

Hinc sic: iuxta 66
 communem, imo communissimam Theologorum opinionem fides, et contritio
 merentur de congruo formalis sanctificationis ad eandem que secun-
 dy omnes ex ipsius declaratione Concilij positum disponunt hominum

cas eliciens; at qui formalis justificatio non dea deivine impartiri
gratū ut ex ibidem annexa Concilij doctrinā manifeste colligitur:
ergo ex neutra Augustij duarū expositionū, quae haecenus insignanti-
mū infertur, quod gratia justificationis non impendatur gratis.
Vel quod eodem rēdit uto libery arbitriū solius naturae vincibz mere-
atur de congruo gratia, ad eam vē se moralitē positivē disponat,
non inde sequitur quod gratia non sit omnino gratuita: ergo. Ad

67

argumentū responderi potest bifarij: primo negando Concilij in cer-
tibz allegatis precise locuti esse de justificatione formalitē acceptā et
in adducto Pauli testimonio potius integralitē accipi videatur. Nec
oppositū evincitur ex adjunctā consideratione, scilicet ex eo, quod
fides, et opera justificationis antecedat; quia potuit Concilij ibi ta-
qui de fide, ac operibus, qualia Pelagiani requirebant naturae tantū vi-
ribz elicitā, declarari ea nullius esse meriti respectu justificationis
impj, seu nullū habere vim, aut vigore ad illū inducendū.

68

Secundo res-
ponderi potest concedendo justificationis in allatis Concilij verbis summi
formalitē, atque adeo Concilij ibi loqui de fide, ac operibus verē
supernaturalibus ad justificationis formalis dispositionibus; non tamen
justificatio deo deservit esse gratuita, seu gratis conferri: nē enim attri-
buitur illi antecedenti dispositioni, sive merito qualicūque, ut pro-
prie donetur gratia pro gratia; quandoquidem opera praefata totam
viā congruitatem ad justificationis, totūque conceptum positivē di-
positionis ad eandem, desumunt, et habent ab auxiliante gratia
praecedente, sive motione spiritus, sine quā libery arbitriū erat ante-
cedentē impotens ad ea peragenda.

69

Uam verō si potestas merendi de con-
gruo justificationis, vel ad eam positivē disponendi concederetur ex soli
naturae vincibz coalita, tunc sanē solutio haec admitteri non posset:
proindeque nec absolute salvari, quod homo justificaretur omnino gra-
ti, nisi recurratur ad Pelagianū ad gratia creationis, quae certe ta-

li appellari requirit in sensu in quo Concilij loco nuper allegato locutus est cyllipostolo: ergo videtur, hominibus soli natura viribus agere rem posse de congruo mereri justificationem; l. ad eam se positivè disponere, ne ipsa justificationis non erit gratia.

Tertio et principaliter arguunt ab auctoritate Patrum Procorum præsertim Chrysostomi, qui pluribus in locis aperte favet impugnati. Proloquij expositionibus in specim. Homilia 27. in Genesim sic ait: tanta est erga nos Dei misericordia; ut ubi videtur voluntatis nostrae propositum non tardat, nec differat, sed accelerat. Et vixi Homilia 42. in eundem librum exagans Abrahæ sanctitatem inquit, quod non per fidem à Parentibus accepit, sed per scientiam à naturâ inditum adeo profecit.

Et ad præcedentis responsionem quæ dicitur per sanctum illum Patrem Chrysostomum eo perfectionis evasisse, quia magnam à Deo gratiam acceperat illico subdit, fateor ita esse, et ego vixi nisi quibus, et ipse quod vixi exat fecisset, non tantum à Domino obtinisset. Capite non solum hoc vide, sed in unoquoque diligentem attende quomodo quibus in omnibus virtutibus suis inditum exhibuerit, atque sic Divinum meruerit prædium. Et omnium aliorum pluribus in eundem specimen Colimantibus, ita pergit, extremum qui scit arcana mentis nostræ, et videtur nos conari, et eniti ad virtutis agone statim, et nutu suo nos adjuvat: ergo iuxta sancti Doctoris homo debet incipere, et ad opera salutaria de suo quibus aliquid producere, ut deinceps Deus illi operetur.

Quibus Homilia 17. in Joannem super illa verba conversum autem Iesu, et videns eos sequentes se, clarissime pro contrariis ita loquitur, hinc admoneri possumus Deum in nos illis beneficiis nostras non prosequere voluntatis, sed à nobis incipendum esse. Tandem Homilia 22. in Epistolâ ad Hebræos, inquit: oportet nos eligere statim quæ bona sunt, et tunc Deus quæ sua sunt introducit. Non antecedit nostras voluntates nec locatur libere arbitrii; cy autem nos elegerimus, multum tunc nobis affert auxiliorum. Profecto nec quibus ad versarij

doctrinae sua luculentius tradere videntur. Neque minus perspicue lo-
quentur in eorumque faciem Sanctus Damasceus, Philosophus,
Cumenius, Origenes, et alij.

73

Ad argumentum facile respondent aliqui
cy Accuso Doctores, Latinius & Molina, Maldonado, et Gregorius Wange-
lionis Concordatorum Cornelio Larzenio Galbarense, nec non alij
gravissimi Theologi aientibus, in re ista Graecos Patres, aut omnino
consensisse Hispaniensibus, aut saltem incaute locutos, ac proinde cau-
te legendos esse. Nos vero sequemur Ceteros Doctores, qui summa ve-
neratione solidaque pietate laudatos Ecclesiae Patres interpretatur in sen-
su catholico: quique licet exores ubicumque deprehensos insectetur, do-
ctriam funditus eos evectat, et prostrat; exantibus autem quantum fas est,
benigne parcat.

74

Itaque lib. 2. de Predestinatione cap. 8. num. 10., Chri-

„ totum causam agere, respondeo, inquit, cy non sit sibi contrarius, et
„ quodq; verba cy alij sint concilianda, potius ea quae difficilia apparent
„ tradenda esse in bono sensu aliorum, quae est consensus, quia et facile fieri
„ potest, et id est magis consentaneum rationi, ac pietati. Deinde quia in co-
„ teris Patribus (non solum Graecis, sed etiam Latinis, quorum plurima loca
„ producit illo capite) feci eadem diligentia necessaria ut, quae in eis adhi-
„ bent, et admittunt modestissimas; non video autem cur in Chri-
„ stiano crediderint id fieri non posse. Ego existimo, quod Latini imitatores esse
„ scripturae, quae unquam gratia tribuit omnia, unquam inicitia boni operis
„ videtur ab homine postulare.

f predictos

75

Quod probat clarissimi scripturae testimo-
nium, quo profertur ibi quibus quae prosequens institutum adiungit, et multa
„ sunt similia, quo etiam Concilium Tridentinum affecto sessione 6.3. et ea expo-
„ nit, quia per hoc admonemur libertati nostrae, l. excitamur, ut bene hy-
„ do una gratia, alij impetremus, l. ad aliam disponamus; non vero signi-
„ ficatur per verba similia exordium salutis, l. predestinationis esse ex no-
„ bis. Eundem ergo esse censeo sensum Chrysostomi, et antiquorum Patrum,
in quibus verbis profunda sapientia cy insigni religione de prima sentat.

Uti ex alijs ejusdem Chrysostomi locutionibus extoritur et sensu
 eam, quo nobis objecto sunt: et sanè gratia necessitas ad bene moraliter
 agendum adeo frequenter inculcat, ut veritas Catholicæ obiquè remane
 dubitari non possit: reg. Homilia. 28. in Genesim prope finem, ostendens
 quomodo fides per Divinæ gratiæ radicata hominibus, quæcunque
 proponunt impedimenta, dicit, provia gratia subtrahit hoc omnia; ut
indulget Homilia 38. proter alia sic ait; alioquin proter nostras semper
proveniens. Ibidem que declarat, quomodo fides, et genitio Chrysostomus à
gratia initiij habuerit. Præter. Homilia 12. in 1. ad Corinthios super
illa verba Capiti 4. Quid autem habes, quod non accepisti? Accepisti, inquit,
habet, non hoc, aut illud, sed omnia que habet, non enim hoc rectè
facta tua sunt, sed Divino gratio, et si fidem dicas, ea existit ex vo-
luntate. Tandem, ut alia multa proteream, Homilia. 8. ad Philipenses,
ait, Deus qui operatur in nobis, et propensionis voluntatis, ipse nos præ-
bet, et operatur.

Generatim itaque respondere potest, Sancti Doctorem
 ubi nobis objecto, equè et fidelibus, quos in principijs doctrina Christiana
 supponebat instructos, eos que virtute hortabatur, ut ad perfectionis an
 nitentes, facerent quantum ex se poterent, obedientia que dona Dei recipere
 operarent; quia licet quodlibet desiderij, aut studij pietatis non eg
 sit nostrum, quæ Dei, gratio que Divino: nihilominus etiam dicitur nos
 eorum de comparatur ad alia Dei dona, que solus efficit ipse, queque regu
 lariter non confert nisi constantibus auxilio tam accepto: hujusmodi
 dona sunt victoria perfecta passionis, inordinatorum ve motuum animi, ple
 na remissio culpæ, demerque vita æterna.

Proterea, Sancti Doctores
 ita loqui multa cogisse poterant, nempe necessitas exponendi contra
 Manichæorum errorem attenuationis gratio et voluntate creata, que
 ita jurat, ut minime timeret ejus libertatis: necessitas etiam objungant
 de eodem quomodo signis, qui pietatis videntur aliquomodo amare,
 quin et ambire, ita hærent ut absque labore sui vellent et omnino gra
 tiæ à Deo infusam habere. Quare subinde reperit non ita proveniri

voluntates nostras à Divina gratia, ut hoc illas antecedentem ad unum
determinet, sed ab eâ sic ad virtutes alluci, seu trahi, ut in illo conatu ma-
neat in potestate liberi arbitrii: respiciendo que contingere, quod huiusmodi
conatus ita procedant à Divina gratia, ut sint simul exercitii liberi
voluntatis creati, imo talia libertatis exercitia supernaturalia, secun-
dy ordinis Divina Providentia quandoque debent antecere alia Dei donas,
opus enim salutis nostras sic inceptus Dominus misericorditer prosequi solet,
atque proficere, nisi creati arbitrii ab opere inchoato deficiat.

79

Et hinc etiam
laudaverit Abrahamus, eo quod per naturalis cognitionis ita se gessit, ut
vocationi Divina non apposuerit impedimentum, et insuper, quia cum fide
à Parentibus non didicerit, se tamè ad obediendum revelationi vocationique
Divina docile, ac facile probaverit; nunquam affirmavit Sanctus Doctor hoc
ultimum evenire sine adiutorio Dei; sed quia dicebat ad populum in fidei
mysteriis eruditus, abstinuit à repetitione veritatis, et audientibus perspicet,
nec non à se ipso ipsis edocet. Merito itaque laudatus est Abrahamus,
qui, cum instructione Parentis fidelis caruante (qua quidem ex se gratia
insufficiens est ad fidem infundendam, et ad summum iuxta Providentiam
ordinariam est occasio non data, sed à Deo misericorditer accepta, ut super
naturale lumen infuset illi, qui sic à Parentibus edocetur) vices eius
naturalis rationis lumine supplevit, studiose diligentem que de Deo cogi-
tans illuminatus est à Divino spiritu.

80

Nullo ergo proposito Abrahami pro-
prietate naturali, nec ulla merè naturali eius cogitatio fuit meriti, aut etiam
dispositio moralis ad gratiam accipiendam; sed unice dispositio negativa proinde
removendi impedimentum actuale peccati, occasio que quæ materialis, ut inter-
xiu à Deo ~~pro~~ moveretur, et ita supernaturaliter excitatus, aditus que
concesso gratia auxilio vig salutis videtur, prosequeretur, atque demum abolvere-
ret. Adde quod in prædicatione huiusmodi dici possunt aliquo modo natura-
les; quia scilicet non supponunt in subiecto lumen naturale per modum
habitus, ac per consequens non oriuntur ab inhabitante, sed tantum à moyse
spiritu: et insuper quia se ipsa non excedunt ordinem Dei Providentiam

supernaturalis. Hoc ad Chrysostomi defensionem abundè sufficienter,

Augu- 81

unt quanto: videtur innegabile, quod homo non diu tactus innotione Spiritus Sancti proprio sui vixibus adesse ponit concioni Evangelico, attende que veritates à Concionatore prolatis audire, multipliciter perpendere, nec non emixe Deo exari, ut vix earum intelligenti illi dignetur conferre, quo cuncta pro ut frequenter conat experientia, magno opere conducunt, ut ut homo ille, si supponatur antecedenter infidelis amentis propter mysterio fidei, quæ, ut si peccator etiam existat, de patriati culpa sibi exi debeat. Imò ex de potest Augustini lib. de Dono perseverantia cap. It., post quæ dixerat, Syrii relicti sunt, et videtur, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa viderent, id eo subdidit, ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio Divini, naturaliter minus intelligentis, quo moveantur ad fidem si congrua suis, mentibus, i. audiant verba, b. signa concipiant; sed si prostrati ingenii, et indolis optima vixque ad eo conferunt ad fidei receptionem, quæto magis ad eandem conduce exercitium virtutum moralium, quod potest homo naturali lumine rationis assequi: ergo &c.

Confirmant primo: gratia siquidem exigit pro subiecto proprio natura intellectuali, licet hoc sit entitatis naturalis, et ex se non postulet gratiam: ergo potest prima gratia requirere etiam dispositionem ex parte subiecti virtutis aliquæ, aut exercitium virtutis meri naturalis, eto. vicinim ab ista non exigatur. Confirmant secundo: quia videtur ex terminis convenire magis, magisque decere Divinæ equitatis, quod homini bene videnti vixibus naturalis conferatur prima gratia vocationis, quæ quod eadem ingenio concedatur: ergo qui facit quædam est in se soli naturalis vixibus meritorum de congruo gratiam vocationis ad eamque naturaliter positivè se disponit. 82

Ex igitur dictis respondeo, memoratos actus quandoocumque fiunt: ut operentur ad salutem ab auxilio supernaturali prodire quo motus, et excitatus est qui quæ illos elicit, ad hoc ut eos operans vixibus illis naturalis, et ad fidem ac ponentem denique procederet. Quod si vero supponatur, propter actus esse tales, ut non oriuntur à principio supernaturali, nec rationis meriti, neque rationis positivè dispositionis ad primam gratiam subibunt, quantumque moraliter honorati sint: quia si gratia petita aliquæ dispositione prævia, utique supernaturalis determinate 83

requirit: omnes enim formas, quovis exerceant dispositiones entitativè inferiores
quæ attamò determinatè postulant eas, similes attributis, ad quos producendos in-
nata sua virtute feruntur, ac per consequens à gratiâ perveniunt actus super-
naturales: ergo.

84

Quod gratiâ habitualis speciatim attinet, certè est omnibus (satis à nullo
quæ videtur revocatur in dubiis) quod illa non exigat in dispositionibus aliis quali-
tatem per modum habitus. Ad summum ergo requirere poterit actus quosdam similes
illis, qui procedunt ab ipsâ eadem, et à concomitantibus ipsi virtutibus; sed
actus provenientes à gratiâ habituali, et à virtutibus ab eâ radicatis indubitati-
mò sunt entitativè supernaturales: ergo actus purè naturales à solius natura
virtutibus orti non possunt à gratiâ habituali eorumque dispositiones ad sui recep-
tionem.

85

igitur actus merè naturales, ut supra constitit, negativè tantum disponunt ad gra-
tiâ, quatenus nimis impediunt peccata, quæ quidem obviunt ejus infusioni, vel
ob eorum incompatibilitatem cum illâ, vel quia reddunt subjectum positive indignum
illius. Ad hoc, actus honesti purè naturales possunt esse occasio non data, sed
à deo misericorditer accepta ad gratiâ conferendam, non quod sine tali occasione
nequeat eis impetrari, sed quia piissime solet ejusmodi occasiones assumere, et
illis largiatur. Insuper etiam actus memorati possunt esse occasio quatenus
per eos adquirentur species objectorum materialium, ergo, l. circa quos virtutes eorum
infuso, quæ adquirentur versantur: species enim hujusmodi constitunt, et aliquo-
modo perficiunt potentiam obedientiam animo rationali, ut elevata per auxilium
supernaturale supernaturalitè agat.

86

Et in hoc sensu locutus est Augustinus ubi nuper allegatus;
quod scilicet ingenium videndi, et acie majoris quod ab dubio profert appetendum
ad intelligendum, xingendum, et intus persequendum veritati occurrat, si sufficienter illi
proponantur. Mitis etiam indoles minus resistit vocacioni Divinae, l. quia con-
cet omnino ferventes passionum impetu, l. quia facilius temperat subitum ani-
mi motus, l. demum quia non patitur immo exatorem ostium concupiscentis, quæ
cuncta coheret inspirationes effectum subinde quævant, ac per consequens illi amo-
tu, ob ex gratiâ non exiguum amandatur.

87

Ad primam confirmationem concedo antecedens, et nego consequentiam,
quod quocumque gratia supernaturalis (seque modo dicitur) est accedens,
atque

atque adeo impotens existere, quin alicuius subjecto substantiali, l. in iis, l. inherereat, et ceteris aliunde actus qui procedunt a gratia tanquam a principio sine naturalibus, ipsa gratia necessario postulat pro subjecto naturam rationalem esse vicium ab ista non exigatur. Quodammodo ergo sola natura rationalis est per se ipsa per gratiam, ita per se sufficiens est ad illam recipiendam, quin ad hoc ulterius aliquid dispositionis exspectat.

Adde quod iuxta id invinuat, si gratia de qua nunc est sermo, sit actus aut operatio requirit pro dispositione postulare alium actum, ne scilicet detur processus in infinitum: et aliunde quia tali actu esse deberet eundem ordinem, uti perpetua rerum omnium inductione liquet, quae siquid ulterius in suo subjecto quo requiritur, id utique periret ad eundem ordinem pertinere. Si vero gratia illa sit habitus aliquis, atque adeo principium actus in ordine supernaturali, ex se, sive naturam suam nulli actui antecedenti effragat, cui igitur sit institutus ad agendum.

Si tamen ex congruentia quadam exigatur actus aliqui per modum dispositionis ad infirmitatem gratia, tales actus ex eadem congruentia regulati omnino debent esse supernaturales, ut potest motus quidam imperfectiores, quibus a Deo supernaturaliter adiungente natura rationalis adducatur, et pertrahatur ad motus perfectiores, perfectionis esse virtutis illius: ut ita semper verificetur effectus Sponsi 2. ad Corin. 13. creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae progesserunt Deo, ut in illis ambulamus, quatenus nimium igitur per gratiam suam liberaliter impenditur, nullo quo procedente merito nostro, seu dispositione proprie tali ordinis supernaturalis inherat.

Ad secundam confirmationem respondeo convenire quidem Divinae magnificentiae gratiam suam largiri benevolentibus ingenita sive naturali virtute liberi arbitrii; quae admodum etiam ei congruit, eamque exagare malevolentibus, aut abutentibus illa sua virtute; neutrum enim Divinae liberalitati repugnat; eoque summopere decet utique: ceterum tota ratio, l. congruentia, l. aequitatis ad istam gratiam concisionem est unice potest Dei, et nullatenus potest boni viri arbitrii creati ut potest quod sola natura virtutibus operanti ad ordinem supernaturalis pervenire requirit, uti per se ipse agens potest se gravitate positive indignis illius. Quo tenore sumptus est illud Macchianoni fides loco gratiam accepit, quatenus videlicet ex sola magnificentia Dei ob opera naturaliter honesta, naturalique duntaxat gratiam dignam fidem contulit; quo certe nequit propterea dici ex operibus esse, cuiusmodi opera nullum ex illa proportionem habeant.

Disputatio 4^a

De alijs Axiomatis acceptionibus.

Cō iij processit disputatio de Latronia Theologica facienti quod est in se, Deus non denegat gratiā, ut plus oquo proterit, aut nimis eę excessive non nemo forisq; arbitrabitur; sed adeo sciet inflexis difficultatibus, quas indicare salte; omnino necessarium est, ut sese nequeat magis contrahi. Quare ne supra modū videtur enunciare, ne vē utilitatis dispendio brevitati prospiciatur, hic illę Dissertare placuit, ut, et quo supersunt expositiones ejus impugnando, quę demū tenenda commodius exhibeantur.

Sectio I.

Axioma Prologij explicatio refertur, et refutatur.

- I. Plures ingenio clari Recentiones cę Acuto Doctore, post antiquiores alios, concedunt. Admagis accipiendū esse de faciente quod est in se non dī instructo gratiā supernaturali, non tamē omni per Christū gratiā destituto; siquidē impossibile censent opus aliquod moraliter honestū etiam quā naturale, quod non oriatū ex aliquo dono gratuito: nō etiā non affirmant, imō negent, hujusmodi donū ad ordinē supernaturalē auferere, tamē id asserunt intra naturę limites esse quid speciale, quatenus ex vi creationis, et generali Dei providentiā, non debetur naturę rationali, proinde quę quoties igni conferantur, dicendū esse gratiā per Christū, cę vti ceterę habeantur nullū speciale beneficij a Deo concedi hominibus, nisi propter Christū Dominū, maxime si ex ordinatione Divinā conducat ad salutē eterņę consequendā.

2. Undē perquirunt illi, salvatū gratiā justificatiōis non solū simpliciter, sed omnimodē gratiā esse; quā tamē si concedendā sit bene operanti virtutibus naturalibus, operaque naturalis dumtaxat honestatis ad eę disponant: at vti debetū vidē resultari siquod, et quę est, originē trahit ab illā alienā gratiā, à quā bonū opus procedit. Ceterū quia non omnes naturalis hujus gratiā Patroni conveniunt in illā, seu declaranda, seu defendendā, claritati ergo singulorū opiniones, dicendū vē modō oportet seorsim impugnare.

3. Et inprimis facile refelluntur, quę cę Gregorio dictę gratiā, s. ut alij loquuntur, donū illud statuunt in qualitate quā transiunt, sive motione antecedenti a Deo imprensā, quę simul cę voluntate coëfficit actū honestū, quoque nequit asseri generaliter debita, s. ad agendū requisita, quia nimirū voluntas absque quā factā motione male salte; operari potest. Facile, inquit, refutantur: si enim provisā illa motio

connectatur essentialiter cy actu honoris, libertas hujus omnino permittitur nec in aliquo non bene operante vera sufficientia ad operandum invenitur.

*bene.

Præterea, nullum de tali motione meminere patet
Ecclesio Patres aut Concilia, ut vel inde constat, quod nulla eorum verba si faventia
repererint ad veniam, Profecto, non alia gratia deest in Conciliis, et Patribus,
quæ quo consistat, l. in actu vitali sancto illustrationis, aut p[er] affectionis, l. in ha-
bitu, nisi qualitate, quæ sit ex genere suo permansiva. Denique, l. domi illud est
absolutè supernaturalè, l. naturale simpliciter? Si primò, inde sequitur, quæ mora-
licè honestè fieri non possit sine auxilio supernaturali: quod quodò agere sustineri
possit post damnatos errores Daj, et Lucretii. Si secundo; sequitur, dispositionem
ad gratiam justificantem esse simpliciter ex natura, nec ullatenus indigere auxilio su-
pernaturali: quod certè non minus abominus est.

4

Compari facilitate refutantur, qui
post Cassio, Bossius, et alios recurreunt ad excitationem quædam ordinis utriusque naturalis,
at vitiosæ, eritativæ quæ perfectior, quæ quo provenire valeat à tunc occurrentibus
causis naturalibus, quoque propiæ nequeat non esse à Deo specialiter operante. Re-
futantur, inquit, quia vitiosæ hæc excitatio non est necessaria semper, etiam post gene-
ris humani lapsu ad bene moraliter agendum, cy sæpè contingat virtutes morales ali-
quas exerceri sine molestiâ, ut filiorum obsequantia in parentes animo mitis, atque
benignos, obedientia servorum erga Dominos levissima tantum impetrantes, misericor-
dia in pauperes multa prioris inopia, et similes.

5

Insuper ex hoc dicendi modo videtur eveniri neces-
sitas auxiliij supernaturalis ad justificationem recipiã, consequentem; quia gratia dici pos-
set sufficere specialitèr excitationem ad opera magis adha, ad tota quæ lege diu tenent +
dignitas licet in executione talis operis succrescant difficultates, etiam ad istam incre-
mentum augeri valeat excitatio p[ro]p[ri]a, et major, atque major à Deo infundit: ergo.
Neque ratio hæc evadit communi solutione, quæ dicitur inter dispositiones
ad justificationem actus quosdam supernaturales intercedere; quævis enim hoc ita sit,
inde nisi infertur quod in actu justificationis esse possit ex sola natura, l. ex operibus,
quæ p[er] se manifestantur apud Augustinum, et Patres opera quæ fiunt absque auxilio
supernaturali.

6

Consequens est absolute falsu, et erroneu, consequentia vero rectè deducitur, quia

7

in iuxta veritatem, quae hic impugnatur potest homo per majorem, aut vicidiorum illa
excitationem entitativam naturalem, se disponere ad gratiam entitativam supernaturalem
exactam, et necessariam ad eliciendum actum supernaturalem, quibus, et proximius ad
justificationem accederet, quibus quae tamen eorum aequivalentur: quod certe nihil aliud est
quod justificationem incipere ab actibus illi mixti naturalibus, ac per consequens initium
eius esse ex sola naturali.

8 Adde quod etiam memorata major excitatio hic et nunc a Deo proficiens excederet
vires agentium tunc casus agentium, non tamen esset naturalis sua causa, ut producti non
potest ab agentibus mixti naturalibus, quo quidem advenirent virtuti majori, et
majori, atque adeo demum plenè sufficienti ad excitationem illam cum solo Dei concursu
generaliter causandam: ergo tunc casus initium justificationis esset ab agentibus mixti na-
turalibus, scilicet ab utroque diceretur justificationem. Sequela manifestè requiritur defini-
tionibus Ecclesiae contra Semi-pelagianos.

9 Ob hoc Accutus Doctor disp. 11. in 1a parte docet, quod gratia requiritur ad producendum
dispositionem, vel ad hoc ut homo dicatur faciens quicquid est in re, congruè in congruitate
cogitationis honeste necessario procedenti moralis illi naturalis honestatis operationis;
quia cum voluntas creata nequeat movere intellectum ad primam cogitationem, et aliunde
possibile sit, quod hic et nunc moveatur à cogitatione congrua (conjugenda scilicet
cum consensu) vel ab incongrua (nimirum à consensu separanda), quod actum moveatur
ab illa pro utraque nequit non esse speciale Dei beneficium.

10 Insuper quodcumque beneficium a Deo datum hominibus in presenti providentia,
maximè si pertineat ad bonos mores, ipsi utique confertur ob meritum Christi: consequenter
itaque nullus quis moraliter honestus efficere valent in hac providentia, quod non pro-
cedat à gratia per Christum. Quod autem hujusmodi gratia reperitur in faciente quod
est in re, sufficit ut hoc axiomatis expostio dicitur ab eorum Mabilienis; quia non
solum perfectio, sed etiam incipit justificationis in gratia per Christum omnino reperitur.

11 Sed contra quibus; si enim cogi-
tatio naturalis honesta constituitur in re gratia per Christum si congruitati hujus-
modi, sequitur quod non sit gratia per Christum cogitatio hujusmodi honesta, cui con-
gruitas ita deficit: atque adeo quod omnes, qui male moraliter operantes incongrue
reddunt cogitationem honestam, careant gratia per Christum: ergo deest illi omnibus vera
sufficiens causa ad salutem, ut pote quae non datur abique gratia per Christum.

Consequenter

Consequentiā recte deductā, consequens vero numi
abony est ut ab adveniens admittatur.

Contra 2^o, quia 12

tamen si cogitatio congrua pro in congrua etq; ordinis na-
turali, sit speciale beneficij respectu illius cui conferatur, si
hic in individuo consideretur; non tunc est beneficij spe-
ciale relate ad omnem speciem, l. ad omnes homines actu-
aliter existentes. Si namque tota collectio hominum atten-
datur, ex ipsamet indole, seu ratione creationis, et primo-
va dispositionis rerum naturalium apparebit impossibile, quod
in aliquibus non existentibus cogitationes honeste, quae con-
sequantur effectus, adeoque congruae sit.

Imò videtur impossi- 13

bile, quod cuilibet homini particulari non eveniat aliquan-
do, valem in toto vita decursu, cu iuxta Divy Augustini
nemo fuerit adeo sceleratus aut impius, ut nunquam elice-
ret operationes honestas. Sed quod hoc omni cuius ^{accidit} ~~faciunt~~
atque universae speciei contingere nequit, quod, ut ratio
nostra teneat, omnino sufficiens est; gratia siquidē a
quā derivandū est virtus purificationis, debet esse benefi-
cij speciale non tantū relate ad hunc, aut illum, aut alium
hominem in individuo, sed relate ad totam speciem: ergo &c.

Contra 14

tra tertio; quia gratia, quae Concilia et Latres ex Scrip-
tura testimonio exigebant contra Manichaeos, afferebat vires
ad agendum gratitatis et superantes, aut excedentes ipsius naturae
vires, ut mixta exuditione demonstrat Eximius Doctor tom. 1.
de gratia, nec non Latres Ligalda lib. 6. de Ente supernaturali;
atque cogitatio honesta si sine ratione solius congruitatis nul-
las omnino vires affert, ut evidens est ex terminis ipsi, congru-
etas enim est denominatio extrinseca proveniens iuxta quos-
dam ab effectione operationis ad quam cogitatio movet, l. ut alij ma-

15 lunt à scientia Dei per quā illa cogitatio provisa fuit adq-
grata conveni si conferretur: ergo &.

Discursus iste confirma-
tur ex illo Pauli I.^a ad Corinthios cap. 3. neque qui plantat
est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.
Ex quibus verbis inferunt Ecclesia Latres quascumque conce-
siones aut exhortationes, licet inde suboriantur in audientibus
cogitationes optima, ad salutem esse provisa inutiles, nisi Deus in-
terioris gratia suo vix illis adiungat; sed potest esse congrua & co-
gruata, quā auditorum aliqui ex fervida prædicatione concipiunt:
ergo in ordine ad salutem insufficientem est illa congruitas, donec vi-
rei alterationes infundat Deus, per quas profatæ cogitationes haberi
incipiat operari pro ut oportet ad salutem.

16

Iste confirmatur ex
Augustino de Prædicatione Sacerdotum cap. 8, ubi, non recusans
gratiam pro salutis avertione necessariam appellare doctrinam, inquit, val-
de remota est à sensibus carnis hoc schola, in qua Sacerdos audientiam
et docet ut veniat ad filium eodemque spectare videtur, qui supra
dedimus ex ipso Sancto Doctore de Exortat. Christi cap. 17. nampe,
"gratia si doctrina dicenda est, certe sic dicatur, ut alterius et interioris
"reg Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere, non solum per
"eos, qui plantant et rigant extrinsecus, sed etiam per se ipsos, qui
"incrementum suum ministrant occultis. At qui cogitatio naturalis ho-
nora etiam congrua dici nequit à sensibus carnis remota; quin et
haberi potest per eos, qui plantant et rigant extrinsecus cum solo
Dei concursu generali: ergo &.

17

Hæc adversarij intentio suffi-
cit adijcere congruitati profato majoris intentionis in cogitatione,
quæ à circumstantiis tunc occurrentibus exigatur: vel, ut in-
quunt alij, specialitatis quando consistens in eo quod particu-
lari Dei providentia submotā fuerint aliqua virtutum im-
pedimenta. Non enim sufficit hoc; inprimis enim ex dictis est

incredibile, quod aliquando salis honesta cogitatio non excedens circumstantias, non provideatur congrua. Secundo; quia pariter impossibile videtur, quod non semel, immo saepe contingat, nullis excedendo virtutis impedimentis obvenisse, tametsi causa naturalis in ordinatio suo casu relinquatur.

Secundo de 18

inquit; quia memorata cogitatio, quantumcumque sit interna, et ab externis obicibus remota, nequaquam dici remota à sensibus carnis, nec aliter à Deo infusa, vel quod in idem recidit, alioquin ordinis attineret ad scholam illam, in qua Patres audierunt, et docet: ac per consequens à fortiori dici nequit afferre viam antea non habitam à natura, cum ex terminis constet, cognitionem ostendere, seu designare quid de ipsa faciendum sit, non tam adducere nobis quo fiat, aut executioni mandetur: ergo praedicta specialitas, et alia quocumque non excedens ordinem naturalem, insufficientem est ad rationem gratiae, qualis ex Scriptura, Patres, et Concilia postulant ad justificationem in Christo.

Sec 19

idem prodest assumpto Contrario, quod à nonnullis contestari solet, nempe, Deus Augustinus, et alios Patres non semel extollere Dei potentiam et misericordiam, eo quod ipse solus vocare possit modo, quo recte congruere, ut vocatus non resistat, vel ut vocatus respondeat, potius quae alio modo, quem vocatus reluctetur, aut dicit, seu recte obtemperare voluit. Nil, inquit, prosunt hoc omnia, quandoquidem pro fundamento supponunt gratiam vocatam entitativè supernaturalis esse, nec nisi à solo Deo tanquam Authore supernaturali procedere: quo supposito, quocumque specialitas in illa vocatione reperitur Deo velut auctori supernaturali debet adscribi.

Quod autem in auxilio supernaturali detur ista specialitas, non proprie à sic profaty auxilium esse gratiam in eo sensu, in quo Scriptura, Patres, et Concilia gratiam vocant id, unde,

vel à quo sumendus est initium salutis, et per quod venia suffici-
entia, sive potentia ad justificationem incipiendam constitui debet;
hoc enim habet illud auxilium ratione sui, ea que retinet etiam
quando perversitate voluntatis carere debet in inefficax: ac pro
inde, qui negotium salutis nunquam inchoabunt severiori judi-
cio subiciuntur.

Sectio 2a.

Quarta Axiomatus expositio proponitur,

21

Plures, doctissimi que Theologi, non ignavi, naturo naturali secun-
dy se, seu subinet ipi relicto deesse vident ad actus, qui sicut meritorius
vel etiam positiva dispositio moralis ad gratiam sanctificantem axioma
declarat per voluntatem, aut legem Dei, quae liberaliter decessat
confesse media pro salutis allevatione necessaria facienti quod est
in se soli naturo viribus; non ita, ut Deus aliquando non elan-
giatur ejusmodi media etiam non facienti quod est in se, secundum
illud Isaie. 65. invenierunt, qui non quaesierunt me, sicut allegatus ab
Agostolo ad Romanos, 1o. inventus sum à non quaesentibus me, sed
ita ut facienti quod est in se, nunquam illa decesset.

22

Hinc autem aiunt
auctores uti nullatenus inferunt, quod actio, quancumque sit, vo-
li naturo viribus elicita ratione induat mentis, l. etiam positiva disposi-
tionem ad gratiam. Ad modum quo, nequit albedo. v.g. dici dispositio ad
formam ignis, aut aquae, tamen si Deus aliunde vellet utramque, l. ab-
teritque illi formam immutare in omni subjecto eam delimitate, quia
nimirum introductio, l. ignis, l. aquae, nullatenus exgeneretur ab al-
bedine, sed omnino proveniret ab extrinseca voluntate Dei statuen-
ti alteram illarum formarum subjecto profaty accidens habenti.

23

Hoc axi-
omatus acceptio, si fidem obtinere mereatur Gabriel Perrotus lib.
6. cap. 13. sic inter Theologos invaluit quadragesimo ab hinc annis,
ut omnes eam teneant. Ex illa citatur etiam Angelicus Doctor in 4y.
dist. 2o. quor. unica art. 1o. quaestiones 1a. ubi, dicens ad primam

questionem, inquit, quod Deus qui dat gratiam omnibus abundantem, nulli gratiam denegat, qui quod est in se facit, ut se ad gratiam praeparat: Cy igitur in merita facientis quod est in se referendi neque, at collatio gratis, necessario tribuenda est voluntati, seu legi Divinae. Pius autem ad hoc ipse adducetur Divus Thomas.

Et interea non est omitteudum, quod aliqui praedeterminantes expositionem hanc uni tribuunt Latini Molina, cui proterea imponunt, quod etiam avertentem ita facere quod est in se, nisi ex lege Divina, esse dispositionem omnino necessariam ad salutem. Imo Magister Lemov, vel quisquis est author Lanopio, tanquam oracula fundens asserit, in hoc consistere summae veritatis, quantum ad Molinae doctrinam attinet, et universae scientiae mediae. Ceterum hoc inconsulte dictum est et multo locutum, quae decebat loquentem ex Hippode. Quantum enim ad Concordiam Latini Molina spectat, et ad universae scientiae mediae nihil omnino refert, utrum lex ita statuatur aut negetur, cy etiam admissa praedeterminatione difficultas maneat eadem, scilicet an illud facere quod est in se perficiendum sit per praedeterminationem ordinis meri naturalis, vel an praesens requiratur praedeterminatio sapientiae naturalis.

Adde quod instituitur proxiima controversia super civitate ad operandum, potius quae super ipsa operatione consequentem, quae tota difficultate proloquitur, non tamen esse de facere, quae de quibus est in se, sive de virtutibus ad faciendum, quae inter modernos praedeterminantes voluit recitari praedeterminationem, et posse quae si virtus esset ad agendum, pro dubio libertatis actioni eveniret, ac proinde cautions effecti non igitur appellant praedeterminationem suam, sed tantum praesistentem virtutis applicationem. Calumniam, quantum ad Concordiam Latini Molina plene dissipata est à numero 34. Disputationi praecedenti.

Alia quae novae quae in eundem sapientissimum Doctorem inveniuntur, videntur comminutionem illius, quae pari facilitate rejicitur, ac intentatur.

Aut ergo Illustrissimus hic Dominicanus Sacerdos Molina plane fa-
tetur, Dicitur Augustinus nisi contrarium esse, t. aliter de Concordia
Dusino gratia cum libero arbitrio sentire. Sed falsissime; quia L.
Molina, solum ibi refert verba quodam Augustini de Gratia obca-
sione, in quibus videtur sanctus Doctor innuere Regem Magi-
strom ita fuisse delictum a Deo, ac in peccati obnoxium, ut iam
obtemperare non posset, quin tamen ad culpas illi vereretur irresedi-
entia. Oppositum verum tenet eodem et efficacissime probat Sacerdos Mo-
lina, quod certe multo dicitur ab ingenua illa confessione, quae con-
fingit Illustrissimus Adversarius. Hoc innuere duxi necessarium esse,
ut ad repellendam importunam Egregio Doctori toties impactas, et ad
evadendum quae proclibet aliqui sunt ad huiusmodi falsitates inver-
niendas, et evulgandas.

27

Nunc igitur ad assumptam rediens Lex ista,
iuxta sui rationem, nihil aliud est, quae voluntas Dei misericordi-
ter, et liberalissime preparandi media pro salutis assecutione neces-
saria tempore, circumstantiis, aut occasione, quibus ipsi placet. Unde
quibusdam profata media conferat in ipso termino suo naturali, in ipso
scilicet cuius rationi ingreffi, consequenterque priusquam aliquid bene-
l. mali moraliter egerint: alij ea media proferat pro paucis, nonnullis
pro innumera commissa peccata. Denique memorata media
negat, seu nunquam proferat aliquibus, quos tamen, uti reliquos, con-
cederentur, nisi natura vixit ab uterque deliquerint.

28

Hoc obtem-
perat adeo certum est ut negari nequeat admittam sententiam, quae late pro-
baturus disp. 2. nempe Dei sentio velle salutem omnium hominum,
adeoque nemini a beneficio redemptionis excludi. Hoc enim
generali Dei voluntate supposita, omnes ad ubi sufficienter acceperunt,
aut saltem acceperunt non obstante peccato originali; quia si
nec ipsi collata fuisset illa sufficientia, nec pro eorum culpas impedita,
sequeretur unice propter peccatum originale denegatum fuisse, consequen-
ter que defuisse Deo voluntatem velle illis ad salutem propeccandi; si.

perduci

namque noluit ei dimittere peccatum originale, neque voluit etiam quoad sufficientiam quo illi acceptare redemptionem Christi Domini: ergo &c.

Sectio 3^a

Quinta Proloquij acceptio proponitur.

Multi proventim ex Indeterminantibus, cu[m] Illustrissimo Doctore 23

Sup. 66. in 19. part. contendunt, axioma memoratum exigi debere de faciente quod est in se non utcumque, sed ut ad ius ueribus gratis. Libenter ad hanc sententiam accederem si defensores eius admittent, nunquam in presenti providentia contingere quatenus proveniri naturali cogitatione honesta, l. ad cultum vitand[um], l. ad excensum vitium aliquo moralis, quin simul ex eadem objectu inveniatur cogitatione supernaturali, correspondenteque sua affectione, siquidem hinc resultaret, quod unus quisque quoties naturaliter honeste operaretur etiam supernaturaliter aseret, adeo que se disponeret ad obedientiam huiusmodi gratis, quibus adiutus tantum ad justificationem, et glorificationem usque perveniret.

Verum si ex allegato nuper Illustrissimo possent negare sententiam hanc, et inuicem affirmare nihil aliud esse Deum velle salutem omnibus hominibus, ipsi que nisi per ipsum steterit ad eam consequendam prestare media sufficientia, que hoc offerat, non tamquam dare, ut omnes, et singuli actu recipiant predicta media, non possunt huic authoribus assentiri; que dogmata hoc locum abicere, nec inter se coherere, neque componi valent cum sententia Dei voluntate salvandi omnes, et singulos. 30

Non, unquam, inter se coherere, 31
quia si neque homo solis naturae viribus adhuc negat se disponere ad gratiam (ut affirmat Doctor citata disp. 66. numero ultimo) non erit in potestate non habenti, aut non accipientis auxilium gratis non appropinquandi receptioni, consequenter que nec ipsi poterit imputari tale impedimentum; ergo Deus, ex se prout, et nullo habito respectu ad non recipientem auxilium supernaturali, hoc illi denegat: ergo non seruo, ac uti Deus debebat illud ei obtulisse. Quo namque pacto salvari poterit, Deus seruo, et quantum est ex se, velle offerre que aliqui media necessaria ad salutem, si aliunde nulla habitam

ad illi consideratione, nec illa ab eo data causa, sed ex semet ipso profa-
ta media subiacit? Profecto modus hic offerendi nugatorius, et illusorius
a quo cumque iudicabitur, ac proinde Divino majestatis indignus.

32

Nec videtur
dicere, quod voluntas offerens antecedens, atque adeo non resignans
voluntati consequenti, quia denegantur. Immo; quia voluntas consequens
et subinde docet Angelicus Doctor, non accipitur absque respectu ad aliquid
ex parte creaturae. Secundo; quia modo voluntas antecedens quia Deus offert
auxilia non est illusoria, sed vera, et sincera, illi adhaerent ad ea con-
ferenda, sicut de eue parati ea conferre quantum est ex se, cum aliter veni-
ficari nequeat non stare per Deum, quod si, qui nullus unquam accepit au-
xilium, non salvetur.

33

Tertio; quia manifestum, et ex terminis evidens est,
quod si quis ex semet ipso, nulla que proinde ab altero data occasione, negat,
quod illi semel obtulit, sicut de sententia dicitur, mentis voluntatis que mutans,
sicut exariter ex animo non obtulit, cum ergo naturae horum possit in Deum ca-
dere, quin ipso cadat ab infinita sui perfectione, tenentur, et affirmantur est,
non posse Deum alicui negare voluntate consequenti, quod ei obtulit volunta-
te antecedenti, dummodo non apponat obicere ipse cui facta fuit oblatio.

34

Nec
nem videtur aliorum respondo, nempe negari sufficientis ad salutarem operan-
dy in gang peccati originali: ergo voluntas Dei antecedens, quin obtet pec-
cati originale terminatur ad salutem omnium, non quidem ita Deus antecedenter
creare salvari velit, etiam respectu originali labe, sed ita ut velint omnes
et singulos ab illa mundari, consequenterque velit omnibus et singulis appli-
care remedium ad absterionem ejus universis; at qui fide sanctus est, quod propterea
remedium adultis non possit absque propria voluntate, ac dispositione: ergo si
congruenter memorato Deus nequit non velle quod omnes adulti se preparent ad re-
missionem peccati originali continentem.

35

Nunc sic; sed non potest velle Deus,
ut ita se preparent adulti, quin ergo velit illos in aliquo velle semper suf-
ficientis ad huiusmodi preparationem habere; neque potest in aliquo velle

veniu concipi sufficientia ita, nisi recepta omnes accipiant auxilij
supernaturale, l. salij in presenti providentia id essent accepturi, si
aliunde culpa sui personalibus non adhibuissent impedimentum, quo
collationi ejus obstiterint: ergo. De lege dicta disp. 2.ª proximum sect. 4.ª

36

terea, negari nequit iudicium alicui instituentis esse cum Adulteri, atque
cum parvulus: ergo illi pro utriusque reus sunt, et specialiter culpabiles
in amissione, seu non assecutione Regni Colony; sed specialiter ipsi con-
putari non possent, quod non sint adepti Regni Colony, si potestas omnia
ad illud consequendum cum denegata fuisset ob solis originale peccatum, ut ma-
nifestum est ex testimoniis: ergo. Denique; quia non potest intelligi Deum accep-
tasse Redemptionem Christi pro illo cui propter collegi dimittebat originale
procluit aditus gratia ad gratis receptionem: quid enim confert illi ob merita
Christi ut ratione solius peccati originalis, eum ab eterna felicitate recludat?

37

quæ cum huius impugnationis enervat familiaris adversationis solutio
nimis, et verifera, Deum acceptasse redemptionem Christi, pro omnibus
et singulis hominibus omnino sufficere, quod velut salutem omnium, quodque
pro ea consequenda quantitas est ex se, omnibus et singulis obtulerit media
sufficientia, maxime, cum ad eundem etiam finem, instituerit sacramenta sa-
lutis, et specialiter quod proximum attinet baptismum, quoniam vultus hominum ex-
ceperit in hac institutione. Nihil, unquam, officit impugnationi profana
reponio ita, ut verbis speciosa verborum laudibus tegit equivocationis facillime vero
delegenda

Siquidem in Baptismo (quod pariter intelligi debita proportione servata, 38
de quovis alio generali remedio ad reparandum humanam salutem ordinato)
importatur pro formali voluntate Dei assumpti ablutionis a quo na-
turalis in vitam -- remissionis, et peccati originalis, et alterius cuius-
cumque, quod in subiecto baptismi antecesserit: Baptismus ergo vultus
ipsi prodante potest, pro quibus est institutus, ipsi nimis, quibus Deus utique
venio et efficaciter quantitas ex se, voluit illis esse profuturum. At qui nec di-
ci, neque concipi valet, Deum venio, et quantitas ex se efficaciter velle, et

turmy ipsi prodere, quos ex semetipso, nulla que ab ipsi occasione
data, veros et, et ablegavit ab omni vera sufficientia suscipiendi baptis-
mati: ergo Deus veram non instituit hoc sacramentum pro ipsi omnibus,
quem non dedit veram sufficientiam ad illud accipiendi: verum, dico, sufficien-
tiam, aut in se ipsi, si tam usque rationis adepti sint, s. in aliji, si non
per se pervenerint.

39

Urgetur, et explicatur energia nunc facti ducur-
tus; nulli generale remedium, pro recuperanda salute generis humani
dispositum, est simpliciter sufficiens, sufficientique simpliciter dictum habere
ad illa obtinenda prociue a voluntate Dei, ut per se patet, nemo que suf-
ficienter, aliunde dici nequit, imo nec intelligi, quod hoc Dei voluntas
comprehendat omnes illos, quos ipse Deus antecedenter ex cluit, seu
quibus, iuxta dispositionem ejusdem Divinae voluntatis operanti abique
respectu ad actionem eorum, tale remedium ~~facit~~ ergo memorata volubrio contrarij
et nulla, cu vix totj argumenti novam proximi intactj relinquat.

+ adhiberi
non potest:

40

Hic
ergo videt superior ininvuata ratio validissima, nempe, Deo soli tribu-
endy esse, quod nec veniam peccati originalis, neque salutis operis asse-
quatur quisquis per Deum ipsi a generalij remedij usu prohibetur, aut
impeditur, ne saltem aliquod illorum attingat: certe siquid per Deum ipsum,
et a solo Deo privatur omnibus illis remedijs quicumque, sine attenti-
one ad personam, aliquis ipsius, aut alterius culpa, de facto non est adeptus
veram sufficientiam ad omni aliquod eorum suscipiendi. Cujusmodi hominum per-
ditio nequeat imputari Deo, fatendum est, omnibus et singulis se ipsa confecti
veram sufficientiam adquirendi remedium aliquod generale salutis intraxerunt:
ergo. Quare, remedium abstergendi peccati originale non potest intelligi pro-
missum, et preparatum omnibus, ac singulis in id prolatum, si quibusdam ob sola
illa labem denegatur vera facultas utendi remedio: ergo &c.

41

Hoc omnia
confirmantur auctoritate Divi Thomae, qui 3^o, contra Gentem cap. 153. .
docet, posse hominum impedire gratis, eto nequeat illa promereri: subditque,
Dei esse gratiam, ad eam omnibus erogandam: unde concludit ibi, quod illi soli gra-

nā p̄suntur, qui in se ipsi gratia impediētes prostant. Similia
 proferat quōst. II. de veritate art. II. ad 1y. allegati disp. 5^a num.
 31. Ex verbis ibi productis hūc tarty sequentia repetemus, nimirū,
 ad Divinū providentiā pertinet, ut cuilibet provideat de necessarijs ad salutē
 omnimodo ex parte ejus non impediatur. Ex hū manifestē convincitur,
 Illustrissimū Codō contra Divinū Thomā avēre, quod non possit homo
 solū naturā vixibū adhuc negativē se disponere ad gratiā.

Et proter insinua- 42
 ta num. 31 hujus disputationis advenit hanc Illustrissimū sententiā
 illa facile refutatur; namque ratio in quā nititur, videlicet, hominem
 absque gratiā non posse omnia peccata vitare, debili, et infirma mihi vi-
 detur: primo; quia quōstio proferri instituitur de faciente quod est in se,
 consequenter que de vitante peccata, de quo disputatur, vix, si natura
 vixibū id proferat, ne ipsū sit accepturus gratiā à Deo, nec ne? Non autē
 inquiritur, an hoc de facto fecerit, aut facere potuerit solius naturā vi-
 xibū? Secundo; quia difficultas ista non ex thēse, sed ex hypōthēsi pro-
 cedit; quoniam enim homo nequeat omnia peccata vitare, cotēnū potest
 vitare quodlibet in particulari: nō ut inquit Divinū Thomā sup̄ citato
 lib. 3^o contra Gentēs cap. 160., licet ille, qui est in peccato, non habeat
 in propriā potestate, quod omnino vitet peccatū: habet tamē potestatem
 nunc vitare hoc, l. illud peccatū.

Tertio tandem; quia quomodo cumque dec- 43
 laetur, aut exponatur potestas hominū in pura naturā, seu integra, seu
 lapsa, tō ad amandū Deū et amandū naturā, que ad vincenda tentationes,
 tōque natura legem adimplendū longo spatio temporis, intra quod vix, aut
 ne vix evenire poterit, ut in horū omnī, l. vales alicujus eorū observatiōne
 non incidant gravissimā difficultates: atamē indubitātū, omnino que certū
 est, quod nullū unquam committitur peccatū, quin evitabile sit, et imputabi-
 le delinquenti: ergo si solū naturā vixibū agens nequē non peccare, in-
 vitabilitē, ac p̄ consequens inculpabilitē apponit impediētes gratiā, quā
 providē caret, quin ipsi valeat attribui defectus sine. Adde quod, iuxta com-
 muniōnē Theologorū opiniōnē ad superandas difficultates occurrentes in obvia

ratione totius legi naturali, ergo sufficit gratia merè naturali, maxi-
mè si sit intention, quæ ob certas circumstantias postulatur: ergo.

44

Sec hinc obest, quod
indè velut inconveniens inferunt ad veritatem, nempe, Deum expectare nos-
træ voluntatis, et misericordie ejus. Non enim ex dictis inferitur, quod De-
us expectet à voluntate nostrâ (nativè tantum vultu operante) meriti, dis-
positionis vè moralis, aut quodvis aliud positivè conducens ad salutem; sed uni-
cè, quod expectet tempus à semetipso præstiturum ad infundendæ omnino mi-
sericordie, et abique villo merito gratiæ suæ, nisi voluntas intencæ peccati
positivè moralis indignitatis impedimentum adhibeat. Itaque, proprie lo-
quendo, non tam Deum expectat aliquæ voluntatis nostræ conatus, ut ei præbet
auxilia, quæ expectat voluntas nostrâ (secundæ præviè impotens ad quodli-
bet saluti positivè conducens) Divini auxilii ad inchoandæ, perficiendæ
que sui justificationis.

sectio 4a.

Nostra super axioma sen-
tentia proponitur, et suadetur.

45

Ex hac vique dictum ad evidentiam firmè convincitur, aliterque omnino
tenendum esse, nimirum, aut omnes de facto sufficienter habere gratiæ super-
naturales ad salutariè operandæ, aut eorum infirmitatè accepturos esse, quot-
quot, facientes, quod est in se vultus nature, non impediverint illius infir-
mitatè. Deus enim sermo vult, et efficaciter quantum est ex se, vult omni-
um hominum, uti probatur ex tota disp. 2a; hoc autem affirmari non potest, quin
valde parvè aliter propositioni disjunctionis aueratur: ergo. Et omnia vult re-
petitione testimoniorum, quæ supra dedimus ex scripturâ, et Patribus (quoque
Dei exhibent benignissimè providentem, et sollicitè insigilantem humano sa-
luti, pro cuius avertitione tam vocat, tam hortatur, tam terret, ut ad pi-
etatem homines alliciat, et à peccatis avertat), ex illis abundè constat Deum
ita misereri omnium adultorum, ut singulis se ipsâ faciat optione, conferatque
potestatem obtinendo salutis; sed nullatenus intelligi potest, factum esse homini-
bus optione, et potestatem huiusmodi, nisi reverè debet omnibus, et singulis
aliqua sufficientia supernaturalitè agendi: ergo &c.

46

Major, ut dixi, manifeste liquet ex productis antea sacri textibus, quibus adde sequentia verba Cipriani lib. 3.º ad Quintiny cap. 1.º. nimius, ecce dedi ante faciem tuam vitas, et montes, bonum et malum; elige vitas tibi ut vivas. Proterea vero sic a ratione madetur: potestas operandi salutis ita singulis et omnibus esse concessa, ut vitas querenda sit ab adultis ratio, cum illis assensus non sint, et ad eas obtinendas a Deo creati fuerint, et aliunde sufficientem instructi modis ad illius adeptioem; at qui vi vera aliqua sufficientia non fuerit ipsi collata, ejusmodi ratio, nempe quare non sint adepti salutem, ab illis exigi non poterit, nemo siquidem potest naturam vitas potest salutem obtinere, s. in eam, ut pax est, arintri, et hoc potestas ab auxiliis supernaturali confertur, et confirmatur: ergo.

Me 47

non est in illo superiori eodem discernendi modo probatur, quando quidem homini non fit opus, neque facultas operandi salutem per potestatem, quo de facto non inest ipsi. Nec sufficit, quod offeratur, et confertur illi potestas hoc, nisi peccatis eam impediret; non saltem omnino necessarium est, oblationem istam omnibus innovescere; et certe non minus difficile videtur, sed multo difficilius, hanc notitiam in omnibus, et singulis hominibus inveniri, quae assensus a nobis vera sufficientis operandi salutem, infidelis enim utique deprehenduntur hujus oblationis ignari potius, quam quosdam sufficientis vacui: ergo.

Confirmatur; quia et omnes, et singuli 48

subitum sunt iudicium Divinum, et hoc inveniendum sit et unoquoque, non tantum secundum ea, que receperit in origine, sed etiam secundum ea, que suscepit in semet ipso si fuerit adultus, adeo ut hic in illo iudicio reus pronuncietur, eo quod salutem de facto non obtinuerit, evidens est, omni quocumque seu quemlibet adultum verum aliquam habuisse sufficientiam ad salutem operandum; aliter enim ipsi non posset attribui, quod eam assensus non sit, ac pax consequens nec iuste damnaretur ob omissionem eius: ergo.

Aliter, et forte urgentius, ex 49

perditur hoc ratio: certe est, quod omnium homo rationis sui adeptus aliter in presenti providentia salutem operari valeat, quam posset homo in statu

quae natura conditus aut homo relictus abque remedio delendi peccatum
originale, quod antea contraerat. Hoc patet, quandoquidem homo in sta-
tu quae naturae nullatenus ordinatus esset ad finem supernaturalem: et homo ma-
culatus originali labe sine remedio illi abscondendi (quo certe privari potest)
nullo modo salutis aequi valeret, ut nec reprehensione dignus esset in illa
non procuranda: cy e contrario homo quilibet in presenti providentia sic ab-
solute potens obtinere salutem aeternam, propterea quae, si fuerit aliquando plene sui
compos, acriter increpandus non solum quod contra naturalem lumen rationis pec-
caverit, sed etiam quod non sategerit inquirere Deum, sequa perperam felicem
reddere.

50

Nunc sic: atqui divinitas insinuata subistere nequit relate ad ho-
mines illos, quos nunquam fuit illa vera sufficientia supernaturaliter agendi:
siquidem hi omnes ad summum dei valent potentes operari salutem, aut hanc
habere in sua potestate, quatenus elevari possunt a Deo, propterea quae salutis
operando facultas accipere, quod privatum hominibus in statu quae naturae con-
tingere valet, ac etiam hominibus in peccato originali prolapsis abique medio
ad illud abolendum instituto, cy hi quoque possunt elevari a Deo, propterea quae
potestatis operandi salutariter accipere, ut indubitatum est: ergo.

51

Est insuper ad-
notandum, quod iuxta flexusque contrariorum impossibilem est elevatio per auxilium ex-
trinsecum: adeo quae, secundum ipsos, omnino requirunt homines ex se simpliciter, et
absolute impotentes operari salutariter, fieri seu transire ad esse simpliciter, et ab-
solute potentes salutariter operari sine forma sine potentia intrinsece accepta
in se ipsis. Quare parum consequenter, et huius doctrinae primum oblecti videntur
adhibere tot homines absolute potentes operari salutariter, quin illa vera, simpli-
citer quae dicta, potestas operandi salutis in ipsis inveniantur. Nec inconsequenter
notae effugiunt, quod in admittentes possibilitatem elevationis per auxilium extrinsecum,
hanc ipsam instantem retorqueere nituntur; quia, quod notata non inveniret, facile
respondetur equivocatione detecta.

52

Duplex itaque genus auxilii requiritur
ad constituendum potestatis operandi salutariter. Alterum consistit in Divini in-
spirationibus, quae complectuntur, et sanctas illustrationes intellectus, et pias co-

luntati affectiones, utique supernaturales. Aliud vero sit est in virtute
 propria realiter effectiva actus salutarij, ad quos inspiratio Divina mo-
 vet, excitat, et inclinât: hoc autem virtus operativa consistit in habitibus su-
 pernaturalibus imprimet animo, l. si placet, potentij ejus inferiori, et si forte
 desine habitus ista, tunc virtus illa statuitur, l. in auxilio transeunte, l. in
 actibus ipsi intentionalibus, l. denique in Omnipotentia Divina specialiter
 ad agendū applicata, iuxta varias Theologorum opiniones. *varia

Nunc ergo, quod 53
 prius auxiliory genus attinet, id certe suppleri nequit per aliquid extrinse-
 cy, et nemo nostrū aliquando docuit ejusmodi supplementy esse possibile,
 cy omnibus perspicuum est, ac evidens, quod nequeat aliquis illustrari, et be-
 ne affectu esse, nisi per illustrationem, et affectionem inhærentes ipsi. Quod vero
 spectat secundū genus auxiliory, admittimus, imò propinquamus, quod
 prius extrinsecy esse valeat, solū enim exerceat munus causæ efficientis,
 cuius vires Deus per se ipsū supplere potest. Unde, quoties homo per in-
 spirationem Divinam supernaturaliter illustratur, et affectus erga objectū ali-
 quod, simul habet vires proprie sufficienter effectivas actus salutarij, quo
 prosequi valeat idem objectū, quia sive virtus hoc inhæreat intrinsicè, sive
 extrinsecè assistat illi, tamē est semper parata coefficere cy ipso
 actus salutarij.

Neque refert, quod certo discerni nequeat, an virtus hoc, ut potē 54
 quo non cadit sub experientia, ad se ipsā, nec ne; quia, suppositā inspiratione
 celesti recte creditur adesse: quorsū enim Deus immittet et hominī supernatu-
 raly illustrationem, et affectionem pariter supernaturalē erga bonū aliquod, nisi si-
 mul cy redderet absolute potens in idem tendere salutariē? Ergo merito di-
 citur homo sic illustratus, et excitatus absolute potens ad actus salutarij, et si vir-
 tutes hujus operativy inhærent sibi non habeat, sed extrinsecè duntaxat appli-
 caty: nequit autē earū subire denominationem, scilicet absolute potens operari
 salutariē, qui memoratā inspiratione celesti caret, uti iuxta contrarios ac-
 cidit: ergo.

Incantū igitur huc ingruunt sope repetitū, totū que rejectū, oblationem 55
 auxiliory, aientes, Deū omnibus et singulis adultis offerre auxilia nuper ex-

plicata, ea que daxe quanty est ex se, tamen de facto cunctis illa non imperiatur. Tertia, inquit, hoc adducitur, quia intelligibili, aut saly inuolubi esset hoc oblatio, si nihil inde reuera supernaturale, seu positivè conducens ad salutem efficiendy in homines derivaretur: donec enim accipiant aliquod huiusmodi, et impotentes sunt operari salutem, ac erent homines in pura natura conditi, quandoquid agere deberet omnibus rexa sufficientia salutem agendi: ergo profata oblatio pro se ab adversarij avertitur efficere non potest, ne homines ad quos fieri dicitur non maneat simpliciter impotentes operari salutem.

56

Precedenti simili est alia contrariory responsio, quia dicunt, in presenti providentia singulos, et omnes aditus intra staty salutis esse, licet intra staty in quo possibily est, obsequi que simpliciter operabilis eorum eterna salutem, quandoq saly vita morali dururo: e contra vero neutry hory accedere, seu verificari de hominibus in statu quo natura conditi, aut post lapsum in originale non reparatis. Hoc, inquit, responsio non est antecedente melior; vique ideo vita morali (qua status est vita, seu viatorum appellatur) includit bona possibilitat, atque spem salutis obtinendy, quia completiora auxilia, quae iuxta mensuram Divino providentia conferuntur omnibus et singulis: ergo illi qui nullis unquam habuerunt auxilium huiusmodi, maxime si privatio hoc omnino proveniat ab antecedente dispositione Dei, pronuntiari debent extra, l. saly intra staty salutis exercito, et eo perveniendy careant omni bona sufficientia.

57

Nec demum sufficit aliorum solutio, quae ponderat in convenienti quodammodo declinare tentant, avertentes, memorata nunc auxilia multis utique hominibus denegari, quia peccando contra lumen rationis impediunt eorum collationem, alioqui certo fierent. Non, inquit, sufficit hoc responsio: primo, quia testimonia Sacra, quae supra produximus, et a quibus in hac disputatione denuo referendi abundantius brevitate ergo, manifeste denotant aliquid amplius, quandoquid aperte significant (ut ea relegendi contabit), omnes et singulos homines auxilia profata recipere, saly in aliqua mensura. Secundo, quoniam in presenti providentia non solum venientia hominibus non adhibere obsequi Divino gratis, sed etiam quaerere, positivèque quaerere

rare saluti: ergo inest omnibus, et singulis aliqua vera potestas non tantum non impediendi gratiam, sed insuper operandi salutariem: quae sane facultas, omni recluso supernaturali auxilio, consistere requirit.

Tertio denique; quia li- 58

cet axioma, cuius vix intelligentis hic inquirimus, congruatur verumini negatiuis, nempe facienti, quod est in se Deus non denegat gratiam; non tamquam concipi credendum sit, quod iudices non omnibus aliquam reipsum conferant gratiam, sed omnem, quod non omnibus concedatur usque ad perfectiorem justificationem. Hoc autem sic perfectio, sic consummatio gratiae pluribus locis negatur, quia non faciunt, quod est in se, scilicet quia non operantur, quantum si gratia iam habita operari possent, sed illa inventa sua vix reddentes in via salutis nihil omnino proficiuntur.

Nam vero; quod hactenus expensis rationibus, adducta quae testi- 59

monia sacra determinate non probarent, quod ipsi intendimus, nempe veram supernaturalem sufficientiam omnibus et singulis hominibus reipsum conferri; tamque efficaciter evincunt, scilicet quod illa de facto deest, scilicet quod infallibiliter exigenda sit omnibus ingenita sua virtute facientibus, quod est in se: sub qua distinctione nostrae de proloquio sententiae exponimus in limine sectionis. Quia si cunctis sine ulla salutis, ita ut ex amitterent sterni ponis addicendi sint, usque conceditur omnibus aliqua potentia vere sufficiens ad illam obtinendam, aliam enim eam non potius damnarentur iniuste.

Cuius aliunde, nulla 60

possit excogitari sufficientia, seu potestas ejusmodi nisi vel naturalis, scilicet supernaturali, et illa sit proxima insufficientis ad salutem consequendam, appetitum requiritur, veram aliquam supernaturalem sufficientiam operandi salutariem omnibus, et singulis hominibus impartiri de facto, scilicet saltem infallibiliter esse conferendam omnibus etiam illis, qui, non de se adepti, virtutibus naturalibus fecerint quod potuerint. Quia tamen virtutes naturales, seu virtutes naturales hominum iniquas omnino sunt ad inducendum aliquod supernaturale, propterea tenendum est, quod huc inquam statuimus, neminem videlicet, quantumcumque barbarum, et infidelem, uno quantumvis obduratum, et obocatum, quantumvis vitia morali viciat, veram supernaturalem sufficientiam salutis obtinenda deest.

Sectio 5^a

Solventur argumenta contraria.

- 61 Argumento primo: quia gratia, quae constituitur vix supernaturalis potentiae operandi salutarem, consistant in actibus vitalibus, utique latere nequeunt introitus ipsi: ergo si omnes et singuli homines illas de facto reciperent, omnibus etiam atque singulis de eorum existentia constaret. Atqui contrarium experientia patet, quandoquidem inter barbaras et infideles nationes paucim occurrunt plerumque, qui nihil unquam addiderunt, i. aliquando cogitarunt de rebus supernaturalibus: ergo non omnibus actu conferuntur auxilia, quae pro salute comparanda necessaria sunt, licet omnibus et singulis offerantur, ac etiam de facto conferrentur, nisi peccatis frequentem admitti obstitissent eorum concessioni: ergo &c.

62

Respondet, experientiam in qua nunciat argumentum, adeo fallibile esse, ut indubitanter ea discerni nequeat inter motus pietatis vere naturales, et supernaturalis. Itaque non semel accidit, ut quancumque conetur aliquis detestari peccata sua propter motum aliquod supernaturalis, non tamen ideo possit esse certus de supernaturalitate contritionis, quae est. Verum ubi non obstat hoc incertitudo, ne simus aliunde secuti, quod inter conatus elicendi contritionis supernaturalis, scilicet inter audiendum, legendum, et meditandum tantas fidei nostrae veritates aliquando miscerentur per motus supernaturalis à Deo misericorditer immisi, quod quae supernaturalis evasura sit poenitentia nostra, si profati motibus assentientes re ipsa fecerimus quantum est in nobis. Ita simuliter omnino dicendum firmiter quae tenendum est Barbaris, ac Infidelibus infundi nonnunquam supernaturales hunc motus, praesertim quando contingit ipsi proponi sacra fidei nostrae mysteria; dii enim audiunt animas immortalis esse, omnium existeret Deus, qui pie viventibus aeterna gaudia donet, scelerosos quae perpetui debeat supplicii, metu corriguntur, et jure concubuntur horrore, quae moti vix veritatis investigant, et in eum inventant.

63

Imò, tamen nihil unquam de veritatibus istis audierint ab aliquo profecto, nihilominus si corda sua seculo videntur, vix quae motus eorum explorare nitantur, deprehendent utique se plures in decursu vite colere illuminationes accepisse. Quoties enim aliqua

Dubitatio de falsitate Religionis, quæ profertur in vobis eorum animos, et
 fluximè expavent, et contemnunt: sed unicuique verus Deus esse cogitant,
 de cultu illi præstando nequeunt ambigere, proinde que nec de obligatione, quæ
 tenentur indagare, quæ et qualis ei sit exhibendus: quando apprehendunt im-
 mortalitatis animæ, simulque patrata flagitia recordantur, ob hoc majus
 aliquid malis imminere sibi verentur, quæ quod possit ab hominibus infligi.
 Quare, si diligenter exquisita quid re ipsa in huiusmodi casibus eveniat,
 plura profecto vestigia Divinæ gratiæ excitantur in hominibus qui-
 tumcumque barbari et infidelibus.

Unde manifestè deducitur, quod si pro- 64
 fatis illustrationibus attendissent, et obtemperasset obtemperasset lumen à Deo (quæ
 diu nemo potest inculpabiliter ignorare) postulasset, illud abundantè recipiunt
 abundantè, plane que sufficiens ad veram Religionem inveniendæ, ac per consequens
 ad salutariæ eorum operandæ; quæ ex huiusmodi celestes illuminationes cre-
 bro Infidelibus quæcumque scelera imitantur, inde que non semel
 ponentibus incipiunt, atque perficiunt, non est quare negetur id ipsi In-
 fidelibus eveniat, ex Deo generationem velic omnes homines salvos fieri, qui
 proinde quot quot fuerint, nisi culpæ nisi obstrant Divinæ liberalitati, sal-
 tem assequi poterunt.

Argumento secundo: si cunctis conferretur, ut auerimus, 65
 gratiæ supernaturalis ad salutariæ agendæ, omnino nullus esset, nec esse
 posset Infidelis negativus contra communione inter Theologos opinionem à
 nobis quoque supponit d. 2. vect. 7. Sequela quævis abunda videtur;
 quia licet supernaturalis illa facultas operandi non sit proxima, sed remo-
 ta tantum in ordine ad unicuique veræ Christi fidem amplectendæ; ac vero ne-
 quit non esse proxima potestas ad obtinendæ potestatis proximæ credendæ; seu fi-
 dei suscipiendæ, ex hoc ex conceptu suo ferat omnium potentia remota relate
 ad terminum aliquis inducendæ: ergo quis quis non pervenit ad fidem, culpabi-
 liter est Infidelis, atque adeo positivè, seu potius positivè infidelis est: ergo.

Quæ 66
 getur: quicumque prædictus est, aut supponitur esse prædictâ facultate l. opera-
 tur secundum ipsam, l. non? Si primus: ergo deveniet proximè potens ad fides,

ae per consequens, nisi denique crediderit positivè infideli exit. Si secundum:
ergo carebit utique potentia proxima suscipiendi fidem, et ipsa fide; sed ut
p[ro]p[ri]a sua, propterque positivè, seu privativè Infidelitatis annumerabitur: er-
go 86. Obiectum item: supernaturalis illa facultas erit inutilis et superflua,
si non adstantia sufficiens ad inferendy potentia proxima comparandi fe-
dem, quia iuxta Laury ad Hebræos II. sine fide -- impossibile est placere
Deo: ut ergo salvari nequeat, qui Deo placere non potest, neque salutariter
operari valet, qui non habet fidem, et simul potestate caret illg obtinendi:
ergo memorata facultas erit omnino frustranea.

67

Hoc argumentò, quod multo
tò clarius, et pressius exhibui, quò aquò Authores ejus id invenerim, pro-
batur utique nulli esse infideli se ipsa menti compos, cui non debeat attri-
bui quod fide careat; quia si viribus de facto concessis a Deo bene usus es-
set obedienter, et obedienter ab illo deinceps acciperet, quibus illustratus, ac
aditus et ad veram fidei cognitionem, et demum ad valius eiq[ue] consequendy attain-
geret. Non tamè deo convincitur, infidelitatis eor[um] omnium qui fidem ave-
cuti non sunt, esse positivè aut privativè, ut ad hoc probetur requiratur, quod
carentia fidei sit imputabilis ad nos[tr]um cult[um], l. quod sit talis imputabilis cir-
cumstantia culg[ue] procedentis.

68

Est igitur in eo nota culpa, nos[tr]e vè peccaty, qui
mysterij fidei sufficienter ipi propositis non assentitur, est aut[em] specialis, et
nova circumstantia in illo, qui dubius aliquando de Religionè, quæ profite-
tur, quæque cognitionem veritatis à Deo postulandæ esse, ad aliam naturali
forte rationi dissona se divergens, illg efflagitare negligit. Licet enim suffi-
cienter vera fidei notione accipit, adeo què peccat illg resquendo. Posterior au-
t[em] eto non habeat potestatem proxima credendi, tamè est informatus notitiâ suf-
ficiente ad inquirendy, et investigand[um] veram Religionem, cujus indagand[um] alio di-
tractu omittit, et propterea delinquit non solum contra naturale preceptum
directè acty, l. acty, quos eligit, sed et[ia]m contra precepty Religionis. Denique
vide disputat[ion]em 29. à num. 86.

69

Uer[um], quod notat[um] nunc interest, mi-
nimè requiritur, in omnibus et singulis infidelibus aliter è super[us] indica-

ti supernaturalibus potentiji inveniri, sed omnino sati est, quod circa Deo colitis invocantur aliqua illustratione supernaturali, correspondente quae quae affectione, quibus excipientur ad prostrandum illi veneratione, cultu, et obedientiam inunctu, quo noverint ab ipso prociipi, l. illi placere deprehenderint: ad procedendum alia nova iuraventa, quae clarior Divinitatis cognitione adquirent, et quod gratia ei fuerit exsequantur ut oportet: hoc ad alia denique (si quis vult) similia peragendum. Quae sane, licet ex parte objecti fidem pro salute consequendam necessariam attingant implicite, et confuso, non tamen expressione sufficienti, ut privatim infideles evadant, qui velati inspirationibus afflati non perseverant ad fidem.

Quia ergo gratia nunc ex parte 70
 abutentes, terrenis quae cupiditatibus inextincti nunquam auferuntur nobis sufficientes, ut carentia fidei qua laborant, impulerit ipsi ad nova culpa: adeo quae solus rei sunt formaliter in eo, quod cultu Deo non exhibeant saltem iuxta mensuram acceptae facultatis ei adorandi, sed potius, contra lumen rationis multifariam operantes, illi offendant. Itaque, supernaturalis hoc potestas agendi salutarietate, quae omnibus in mente defendimus, non est necessaria proxima respectu proximo facultatis adquirendi fidem; quandoquidem inter illustrationes haec quaedam sunt remotiores alij, magisque distantes a supernaturali propositione inspirationis sufficienti ad veng catholicam fidem amplectendum, estque illa, quam exprimit Apostolus ad Hebraeos 11. dicens, credere oportet accedent ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit.

On 71
 De quibus illustrationibus istis, nuncupari valeant ex Augustino lib. 1. ad Simplicianum quon. 2. inchoationes quaedam fidei, conceptionibus similes, quae scilicet a Deo supernaturaliter operante infunduntur, et quae ex intentione sensum apparandi, demumque perducendi homines ad plenum, et perfectum fidei lumen; at vero, quia non habentur voluntaria conventionem in revelationis objecti sufficientem propositionem, adeo neque sunt, neque merentur appellari fides propria, et stricta talis. Et ob hoc, esto non attendentibus profatas illustrationes, aut secundum illas non operantibus attributur, quod non obtinuerint potentiam proxime credendi, vengque profitendi religi-

72

ergo: atque omnibus non imputatur ad nosy crimen contra virtutes
Religionis, quod illa careant.

Arguunt textis: iuxta Tridentinay Sessione
6. cap. 8., Fides est humano salutis initium, fundamentum, et radix omni
justificationis: ergo pariter est prima gratia supernaturalis à Deo concessa.
Consequentia est legitima: propterea que consequens expresse traditur ab Au-
gustino, qui lib. de Predestinatione Sanctorum cap. 7. sic ait, ipsa prima da-
tur, ex qua cetera impendentur. Nunc sic; atqui non omnibus adultis
fides recepta datur: ergo non omnibus actu conferuntur vera supernaturali
facultas assequendi salutem. Subsumpta minor est innegabilis, ut nos etig
fieri sumus in solutione precedentis argumenti, et consequentia, si qua alia,
recte videtur inferri: ergo &c.

73

Confirmatur ex nugè adductis Apostoli
verbis ad Hebræos. II. nempe, sine fide -- impossibile est placere Deo, in qui-
bus ab dubio loquitur de fide rectè tali: ergo quis non habet hanc fidem, Deo pla-
cere nequit, ac per consequens neque salutaritè operari valet, quandoquidem
operari salutaritè est Deo grati, et beneplacens: ergo. Sic aliter adomari
potest hoc ratio: qui potens est operari salutaritè, est etig potens placere Deo;
sed qui Deo placere potest, habet fidem: ergo qui potest operari salutaritè fi-
dem habet. At qui fide carent omnes infideli, cy propterea subeant hanc
appellationem: ergo nullus eorum est vere potens operari salutem: et consequenter
omni vera potestate salutaritè agendi destituntur: ergo &c.

74

Hoc argumen-
ty insvincibile concludat Acutus quidam Recentiorum Complutensis, qui tamq
ut pie credo, si memoria tenuisset confixas Quirelli propositiones, minui
incaute loquutus esset; namque doloris ille concinnator eorum propositione 26.
inter proscripitas à Sanctissimo Papa Clemente XI. celebri vultu Constituc-
tione Originatis ait, nulla dantur gratia, nisi per fidem: et proposi-
tione 27. Fides est prima gratia, et fons omniy aliarum. Imò, quibus scopu-
etig est, in que totis nervis Jansenistis collineant, denegare saluet omni
gratiæ vere supernaturali infidelibus, propterea subiungit propositione 29.
pariter damnata, extra Ecclesie nulla conceditur gratia: ergo non nisi erro-

née dici potest, fidem strictè sumptis esse primam gratiam, aut nullam conferri gratiam supernaturalem Infidelibus.

Adde quod eorum expressus in transscripta propositione 27. Quamvis iam quidam à Tridentino multoties et anathematice, saltem quoad spectat fidem actualis; quia nuper allegata sessione 6^a. Canone 3. definit, si quis dixerit sine proveniente spiritu sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, homines credere, sperare, diligere, aut possidere, sicut oportet, et ei justificationis gratiam conferri, anathema sit. Et merito quidem; fides enim actualis est supernaturalis assensus liberi propositus ab homine impercepti revelatis; hinc autem assensus omnino procedit liber aliqui supernaturali affectui voluntatis ipsi imperans: cui ergo gratia Dei excitans necessario debeat antecesse liberis utriusque supernaturalis affectus, evidens est, quod fides eundem subsequens requirat esse primam gratiam.

75

Enim ergo fides strictè talis, et in suo genere perfecta, dicitur initium, et fundamentum humano salutis, quatenus habitualiter accepta est prima virtutum Theologali: si autem sumatur actualiter, est etiam primum opus virtutis Theologice, propterea que basis et fundamentum edificij spiritualis, quia si per propriam dispositionem homo sit sanctificandus, non sine fide per dilectionem operante justificatur. Ceteris hinc minime deducitur, quod non antecedit fides alia gratia, quo sit virtus et causa ipsius, cui habet ipsa (sicut reliqui supernaturales actus ad justificationem pro parentis, et pertinentes) incipiat à vocatione Divina.

Cate. 76

reà fides procedunt plures alij supernaturales actus inchoantes aliquomodo salutis, ad quos utriusque producendos gratia requiritur, quia tamen non intractus in suo quasi genere, l. ordine perfecti, sufficienterque disponentes ad justificationem: autant intellectus et voluntas preparant ut medij robustioribus auxiliari actus perfectiores, et justificationem inducentes eliciant, imo quia sunt actus à Deo colitur infusi, quibus Divina quodammodo deteguntur, et exoptantur, deo plerumque reducuntur ad fidem, et spem, adeo ut qui pertinent ad intellectus fides, quique spectant ad voluntatem ipsa parim appellentur, et in eo addito inchoata, imperfecta, l. alio simili: ergo prima gratia, quo conferatur hominibus, non est fides quoque ac strictè talis.

Lect. 77

Divus Augustinus allegatur parum sincerus; quandoquidem verbi in
 arguto produci adjungit, quo proprie opera nuncupantur, in quibus iuste dicitur: ergo
 non prius inter gratias appellat fidem, sed prius dicitur inter hoc opera quibus
 iuste dicitur, et ad quod tanquam causa. l. principij antecedit alia gratia. Imo,
 quod obiter indicatum est numero procedente scilicet illustrationes à nobis assentat posse
 vocari fidem imperfectam, et inchoatam ab ipso Sancto Doctorum tradi videtur eodem
 cap. 7. de Inchoatione Sanctorum; siquidem ibi de Cornelio non de instructo perfecti
 tate fidei, ut ait, quibus accepto sunt elemosina, et exaudita orationes, antequam cre-
deret in Christum: nec tamen sine aliqua fide donabat et orabat. Sed quomodo
invocabat in quibus non crediderat? Ergo iuxta Divi Augustini fides aliqua pro-
 cevit in Cornelio fides sancte talis, ad quam certe nec de pervenerat quando fidem ali-
 quam habuisse dicitur, et opera Deo grata fecisse videtur antequam in illo persuasio
 supernaturalis de existentia veri Dei, atque de potentia quam pollet annuendi
 precibus indigentibus, quo persuasio necesse vocari poterit actus imperfecto fidei.

Arguit
 quarto ex dictis inferentes nos in hoc puncto doctrinam parum distare, l. potius om-
 nino coincidere cum propositione 23. è damnata ab Innocentio XI. nempe
 Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similiter motiva ad justificationem suffi-
 cit; sed imperfecta, l. inchoata fides à nobis assentat est ejusmodi: ergo &c. Neque
 minorum absolute falsum, quandoquidem illustrationes quas cum Augustino fides aliqua
 appellavimus non continentur humano testimonio, sed à Deo supernaturaliter
 et operante fiunt in nobis sine nobis, Deo, sine libero consensu nostro, con-
 sequenterque divinitus immixtus sunt. Quia propter gravissimi Theologi tenent
 has illustrationes ad justificationem sufficere dummodo ut earum aliqui firmissimi
 credent Deo esse, et remuneratori esse, ipse super omnia diligit, et propria peccata
 (si quo forte committit) efficaciter deo habeat. Nec tamen ideo verentur hanc suam
 opinionem profecto damnationi sulere.

Non vero minime contendimus memora-
 tas illustrationes, aut assensus in ipsis contentis immediate justificationem attri-
 bere, sed remotionem tantum ad illam disponere, quatenus nimirum isti assentientes,
 aut bene venientes à Divina liberalitate nos aliquid, et aliquid accipiunt potentiam
 ad concipiendum unquam fidem perfectam, quam demum per dilectionem operante justificen-
 tur. Concedimus ergo, sine fide perfecta non posse homines ita placere Deo, ut

ad justificationis sui perveniat, l. adeo ut de condigno promeretur ista oten-
ng; simul autem asserimus illy posse et hac imperfecta, et inchoata fide, quae
adjuvamus, elicere actus supernaturales inchoatione salutari, quos Deus accep-
tet uti dispositionis congruus ad ultionem gratiae concessionem, cui igitur progressa pro-
fata infundat inspirationes, ut ei pavlatim homine disponat, tandemque per-
ducat ad perfectae civitatis agnitionem.

§ Sectio .6.

Alia contrarij argumenta solvantur.

81

Arguunt quinto contra novam attentionem, prosertim ut explicatq, et auctam
in fine sectionis 4o. Sose significatur in Sacra Scriptura Deo aliquando
desse peccatoribus, adeo ut illos cuius casui permittat secundy illud Psalmi Sa-
dimittit eos, secundy desideria cordis eorum. Unde Sancti Patres terribilissimam hanc,
et omnibus metuendy dejectionem subinde minantur hominibus ut a culpis istis
si illos avocent. Atqui desertio, de qua textus iste loquitur, eodq, que freti loqu-
untur Sancti Patres, non est ablatio gratiae habitualis, cui plures graviter delin-
quentes illico reducuntur ad penitentiam, sed est subtractio gratiae actualis, et ope-
ratiivae, et non prociue quatenus efficacis; hoc enim aliquando denegatur etiam
iis, qui non peccaverunt antea: ergo memorata delictio consistit in subtractione
gratiae sufficientis: ergo &c.

In idem recidit quod habetur apud Augustinum Seniore

82

6. cap. 11. nimiry Deus --- sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab
eis quibus deseratur; quasi diceret, Deus utique non deserit omnes gratia sua ju-
stificatos, sed aliquos deserat, scilicet eos, qui peccando deservunt ipse amitten-
ti gratia, qua fuerant antea sanctificati; siquidē exceptio firmat regulam
in contrarij: cui igitur ab illa generalitate, qua Concilium affirmat nulli ju-
stoy a Deo deservit, excipit eos, qui deservunt Deo, clare requiritur, quod
etiam a Deo projiciantur quot quot ab ipso recedunt: ergo &c.

Ad argumenty res-

83

pondeo, textus allegatq, et similes alios nequaquam ad sui verificationis exigere
quod a contrarij intenditur; ut enim Deus vere dicatur dimittere aliquos
secundy desideria cordis eorum, non est necesse, quod ei spoliat, ac denudet om-
ni potestate salutari operandi: sed sat est, quod nec illi preparat auxiliy

provisio efficax, neque subducatur materia in qua desideria seruantur. Ad ver-
ba Tridentini, quibus plura Sanctorum Patrum effata consonant, potest respon-
deri multipliciter: et imprimis non significare, quod omnes Dei decreta
pariter ab eo deserantur; sed proinde quod non deserat Deus non deserentes igitur:
quia particula nisi, qua passim utuntur, non semper est exceptiva, sed aliquan-
do conditionalis, idemque valens ac si non.

84

Secundo responderi potest, Concilij et
Patrum loqui de derelictione, qua re ipsa contingit respectu deserentis Dei, et cui nul-
latenus obstat sufficientia salutariter agendi. Hoc ergo derelictio duplex est:
prima, qua nulli peccanti non evenit, consistit in defectu gratie efficaci, et coope-
rantis, qui certe defectus non Deo, sed creatura tribuendus est; quoties enim
Deus prebet homini gratiam sufficientem, simul offert gratiam cooperantem, l. actualem
proprie influxum, et Omnipotentis sui, quae gratia iam probabitur in actu salu-
tari, identificate, iuxta non, cui influxu voluntatis creato, cui soli propria for-
maliter et exercite liber est.

85

Quod ergo dicit hic influxus omni adscribitur volun-
tati se determinanti ad actum oppositum: eidem etiam imputatur, quod gratia hic etiam
a Deo collata non sit efficax; quia tamen penes Deum omnia sit largiri gratiam
hanc pro illa, et consequenter impetiri gratiam provisio efficax, potius quae illam,
qua providetur inefficax; ac ex suppositione gratiae tam acceptae, non penes ipsum,
sed penes voluntatem creatam ut, quod actus sit efficax, l. inefficax. Quare decretum
confertur etiam gratiam efficacem, quae inefficax ut tales, profertur quandoque attemptationi
ad liberam determinationem voluntatis, quae etiam dicitur operatio Dei, et gratia, si-
militer que defectus cooperationis gratiae; quia cooperatio hoc solum est a Deo ut ante-
cedentem propinquante, ac immediate principaliter efficiente; nullatenus autem est ab
ipso ut immediate determinante: defectus vero cooperationis proprie non est
ab aliquo, quia proprie non est aliquid, tam ab aliquo principio dicitur esse, quatenus
ab eo non est cooperatio cuius carentia est ipse defectus, ac per consequens at-
tribuitur illi, quod est in causa cum non existit pro factu influxus proindeque
soli voluntati debet adscribi.

86

Et quod Concilij ubi nobis objectum de hoc deserendi
modo locutus sit, penitus deducitur ex eo, quod ibi tractet de sufficientia sex

condi precepta Divina, quæ sibi tunc affluunt, et abundantius habent, ut nisi
deflectant, aut deficiant ipsi certo futura sit efficax. Secundo deducitur ex eo,
quod cap. 13. Senio allegato loquens de perseverantia munere, docens quæ ipsi
suum ad avertendum collocandæ, et regnandæ esse in auxilio Dei, subjungit, Deum
enim nisi ipsi illius gratia deflexerint, sicut cogit opus bonum, ita perficiet operari
velle, et perficere. In quibus verbis particula nisi non per modum exceptionis, sed
per modum conditionis accipi debet, neque potest in illi verbis esse sensus, nisi de de-
fectu gratiæ efficaci ut talis: ergo &c.

Nunc autem altera desertio, scilicet delectio 87
peccatorum consistit in subtractione gratiæ auxiliantis, et constituentis potes-
tatis operandi salutariæ, non qualescumque, sed expeditissimæ, aut valde fa-
cily ad agendum: cujusmodi sane potestas non coalescit ex quavis gratiâ suffi-
ciente, postulat enim ad sui constitutionem gratiæ ad eum nobis et ubi, ut vel
inordinatos concupiscentiæ motus omnino compescat, l. tales immutet, et con-
firmet inde profectus inclinationem ad objecta prohibita: cujus ergo diu culpi ar-
sueti multum ad peccata referenda propendeant, ad ea que demum perpetranda ve-
hementem impellant inconditis motiones animi, proculdubio in presentia + versatum
mo dicimur lapsus ille, cui specialis ista gratia adhibetur: consequenter que
subductio ejus inter gravissimas, et maxime timendas peccati formas recenseri
meretur.

Hoc enim obsequium, et abundantiam gratiæ derogatio, seu subtractio 88
conjuncta cum habitibus vitiosis ex licentia peccatorum admissione generis con-
stitit infelix ille, et plane miseris statum in quo incidunt, qui specialiter obdura-
ti, et obocati vocantur, in quo tamquam veram supernaturalem sufficientiam valua-
riam operandi possunt, sed non conformam nequeant voluntati Divinæ
quæ de proprio voluntati obstinationem avertant, hanc autem si velint exuere
possunt, quia potentiam supernaturaliter agendi retinent eam in illo statu. Sic
Angelicus Doctor in 1. dicit 1. d. quod 1. art. 3. ad 1. dicit, si voluntas est
obtinata simul Divinæ voluntati conformis esse non potest: sed in statu isto,
nullus est, qui mentis obstinationem non possit deponere, et sic Divinæ volun-
tati conformari.

Arguunt verò: quidam, adhuc viatores, ita confirmati sunt 89

in gratia, ut deinceps non habuerint potentia peccandi saltem gra-
uitate: ergo non requiratur, quod etiam aliqui sic obtinentur in peccato, ut prius-
quam vitam rationalem, seu moralem amittant, omni facultate supernaturali ad
agendum priventur: ergo &c. Ad argumentum: de misero, l. concello antecedente, ne-
go consequentiam. Dignitas est cuius obuia, quia quod affirmat antecedens
magno peccato commendat et ex tollit misericordiam Dei: secus autem quod amittitur
in consequentia, quo proinde nulla est. Latium igitur in sacra Veritate
magnifici encomii effectus misericordia Divina, imo quodam effectus co-
tantis Dei perfectionibus excellere dicitur psalmo 144. suavi Dominus uni-
versis, et miserationes eius super omnia opera eius. Et certe nihil simile
de potentia deiectione reperitur in sacra Libera; textus enim omnium or-
gentissimi pro contrariis allegatus est num. 81. et a nobis explicatus num.
83.

80

Proterea, discrimen aliud est inter viatores in potentia peccare, et non potentia
operari salutem: quia nullatenus opponitur conceptus virtutis, imo nec ipsius
rei, quod viator nequeat a via deflectere, quodque necessarium attingere terminum
ad quem progreditur, et in quem tendere debet. Sed vero contrarietas utriusque, scilicet
rationi virtutis, ac ipsius rei, quod nec pervenire, neque proficisci valeat ad termi-
num, ex qua que quies dirigere tenetur, et pro quo denique tenendo conditum est: nihil
ominus hoc accidere viatori non habenti facultatem invidendi, l. etiam inveniendi
via salutis: ergo licet aliqui iter operis vite cogatur, aut aggredi, aut certum
persequi, non inde sequitur, quod possit alius compelli, ne semper illi ingre-
diatur, l. ab ea semel accepta declinet: ergo.

81

Inquit septimo variis Sancto-
rum Latini testimonio innixi; in primis Divus Augustinus in expositione
quarundam propositionum Epistola ad Romanos super propositum. 62. de Phara-
one sic ait, non ergo illi imputatur, quod tunc non obtemperaverit; quan-
do quidem obviato corde obtemperare non poterat; sed quia dignus se probavit cui
cor obviaretur prius infidelitate: ergo tunc casus Pharaoni defuit omnis vera
potestas obediendi, alias enim quod non paraverit ad nocum peccatum ei tribueretur:
ergo &c. Deinde Sanctus Gregorius lib. 11. Moralium cap. 8. De Caino post necem
Abeli inquit, Cain Divina voce admoneri potuit, et mutari non potuit, quia

exigente culpa malitia tam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad testimo-
nia verba faciebat: ergo miser ille caruit omni vera facultate penitentia agen-
di: ergo.

Sententia Divi Thomae 2^a 2^a quost. 2^a art. 5^o ad 1^{am}. ita respondet 32
si in potestate hominis esse dicitur aliquid excluso auxilio gratis, sic de multa
tenetur homo, ad quo non potest sine gratia proparante: sicut ad diligendum Deum
et proximum: et similiter ad credendum articulis fidei. Sed tamen hoc potest cum auxi-
lio gratis, quod quidem auxilium quibuscumque diviniter datum misericorditer datur,
quibus autem non datum ex iustitia non datum in pongo procedenti peccati, et sal-
tis originalis peccati, ut Augustinus dicit in libro de Correctione et gratia: 33
ergo iuxta sanctum hunc Doctorem aliquibus denegatur auxilium etiam sufficiens
ad salutarem operandum, et quod specialiter ad veniendum est, in pongo peccati origi-
nalis: ergo non omnes instantibus vera supernaturali sufficientia salutis ave-
nient.

Alia denique Graecorum Latini, et Latinorum effata convergentur hic ab 33
ad observari, quo tamen ipsorum codices potius, quo difficultate augent; siquidem
eo plerumque collinant, ut nimis hominum proclivitas in malis contineant,
ostendentes ad hunc esse peccatoribus identidem in delicta relabentibus vix agere
penitentiam: quia nimis in veterata consuetudine peccandi sese stupidi redduntur,
et aliquando ~~etiam~~ sibi mox conciscunt, adeo ut in pongo procedentis culpa
xy sope deus illis tempus penitendi ~~etiam~~ velint. Hoc ultima verba ceteris alle-
gari volens urgentiora sunt; ac ex illis, ut ipsorum expositione, mox exhibenda,
monstrabimus, non infertur, quod illi peccatori re ipsa denegetur omni vera suf-
ficientia salutarem operandi, quandoque vix agit moralis.

Utrum ad argumentum res- 34
pondeo, producta in ea testimonia facile habere solutionem? et quod Augustinus spe-
rat, multiplici; primo quippe lib. 88. quotionum, quost. 68. supponit ex parte
Pharaonis habuisse liberam facultatem obtemperandi, quod etiam alii in locis offogery
hujus sancti Doctoris evenit, qui, prout ipse monet lib. 1. Veracitatum
cap. 23, verba nobis obiecta iustitia exaravit. Secundo respondenti potest, sancti
Doctoris in profatis ~~verbis~~ loqui de impotentia consequente, iuxta quo Pha-
rao libere semel affirmatus in sua infidelitate non potuit attendere mandatum

Dei, quæ ignorabat, l. esse negabat. Tertio potest dici, quod Augustinus culpam
ibi iuravit eo speciali sensu, in quo meritum aut radix erat omnium calamitatum,
quibus infelix ille princeps oppressus est: quo sensu sensu quatenus peccaverit non ob-
dicendo, non tamquam ob inobedientiam, sed potius ob infidelitatem adeo pertinacem talia sibi
mala creavit.

35

Ad secundum ex Divo Gregorio demum, respondeo id intelligendum
esse de impotentia consequente; quatenus, cum Calm ad penitentiam excitatus fuerit,
sed non fuit ad illam efficaciter vocatus, ac peccata consequenter mutari non potuit, quia
voluit acquiescere admonitioni Divina, quo quidem illi non defuit, licet illius
culpam non obtinuerit effectum, nec aliter exponit Augustinus illa verba Joannis
II. non poterant credere (namque Iudei in Christum), nisi dicendo, quia volebant.

36

Ad
tertium ex Divo Thoma de promissis dico, quod inde solus infelix non semper
ad hunc potentiam proximam avertendum, l. expresse credendi in christum fidei, minime ve-
ro deducitur, quod etiam deus proxima potentia ad alios actus supernaturales elici-
endos: quo potentia, tamen remota relative ad credendum expresse in christum
fidei, gradatim proxima reddeatur ad avertendum illi, nisi vis ejus diversa man-
sisset. Et propterea meritum precedentium peccatorum advertit Angelicus Doctor
carentiam, sive defectum huius proxime potentie. Ideo autem cum alijs peccatis etiam
Originale memorat, quia, si homines id contraxissent, origine cum lumine nati-
onis accipiunt plene sufficientem ad quoscumque supernaturales actus: proinde
que nequit affirmari, quod ratione solius culpa originali alicui denegetur ve-
ra sufficientia salutariter operandi pro ut hoc assertionem normam stabilitur.

37

Quo-
de et quid a fontem colligitur, quod falso, quin et invane nunc temporis ho-
retici contendunt impotentiam simpliciter et absolute dicitur ad servanda Dei
procepta ita comitari peccatum originale, ut a culpa nullatenus excuset ea
non adimplentes. Itaque capitulum illud exorsus in II. Januensis propositione dan-
nata contentum, scilicet, aliqua Dei procepta hominibus iuris voluntibus, et co-
nantibus secundum propterea, quasi habent vixi sunt impossibilia; deest quoque
illi gratia, qua possibilia fiunt, diversimode tueri, respondere, ac instigare ni-
entur: quoque propterea tentant aliquomodo delinere, de quo soli infidelibus

attribuunt illi impotentis, ne ipsa tamē à Iuvenio non discedunt, quia
 cy etiā referant probatā impotentis ad peccatū originale, fallaciter insinu-
 are volunt, omnes aliquando infectos illā labe, consequenter quē iustos
 ipsos, manere simpliciter impotentes ad aliqua Dei mandata peragenda.

Ad
 quartū denique respondeo bifarij: primo, conditione illi etiamsi velint
 ubi dicitur referat in Sanctoꝝ Latini eloquij, appellare, l. supra penitentis ex-
 ternis, l. supra penitentis sacramentalis. Et certe potest accedere, imo insinua-
 re, quod omittentes opera penalia quando validi erant vicibus,
 et confessione peccatoris quando copis habebant Confessarij, postea deficiente
 robore, absente quē confessione, neutrius gratia valeant, etiam velint. Ceterum
 vel tunc, si Divina gratia cooperarentur, ut pax erat, seu quartū possent,
 perfectā contritione elicerent, mediā quā justificatione assequerentur. Secundo
 respondeo, homini ejusmodi plerumque non habere sermō, et sincerā voluntas
 et agendi penitentis, sed vnicē belleitatis illi, quo desidioso, et ignavū exproba-
 tur. Proverbiorū. 13. vult, et non vult piger.

Arguunt tamē et principaliter
 ex Scripturā Sacra: namque Mathoi cap. 12. Sancti pronuntiatur, qui au-
tem dixerit contra Spiritū Sanctū, non remittetur ei, neque in hoc seculo, ne-
que in futuro: quod ipsi adhuc urgentius exprimi videtur Marci 3. qui
autē blasphemaverit in Spiritū Sanctū non habet remissionem in oeculo,
sed reus erit oeculi delicti. Similiter I. Joanni cap. 5. dicitur, est peccatū
ad mortem: non pro illo dico ut roget quis; at qui post commissa hujusmodi
peccata potest homo longam agere vitā morali: ergo non omnibus etiā
vita morali viventibus, acsi confertur vera sufficientia penitentis con-
sequenter quē nec operandi salutarietā.

Confirmatur primo, quia lib. 100
 2. Machabiorū cap. 5. de Antiocho narratur, orabat autē hic reclusus
Domini a quo non esset misericordis consecutus. Quibus consonat illud
 Apostoli ad Hebræos 12., scitote enim quomōdō et postea cupiens hereditare
benedictionis (scilicet Pauli) reprobatu est: non enim in venit penitentis lo-
cy quare quā cy lacrimis inquirunt: ergo sunt aliqui peccatores, qui tamen si

velint, revera nequeunt ponere de culpa antea acta. Et sane nec Anthe
tiochus oxare poterat, nec Caii penitentis locum inquirere, nisi vita naturali
viverent: ergo non omnes ea viventes vera sufficientia salutaria operan
di potuerunt.

101

Confirmatur secundo, quia si vera est sententia nostra nullus est
quantumque peccator, et indignus cui non exoptat actu vera sufficientia supernaturalis
ad salutaria operanda, hoc autem dogma coheret cum illo Pauli ad Hebr. 6. *impossibile est eis qui semel
illuminati, qui tamen sunt etiam domini colere, et participes facti sunt spiritus sancti, qui
venerunt nihilominus bonis Dei verbis, virtutesque seculi venturi, et prolapsi
sunt novum renovari de penitentia.* Ergo propterea sufficientia deficientia red
dit, ne die proximo impossibile, donec aliquis textum huius expositionis, qui quia
enim veri potest operari salutaria, et quoque vere potest agere penitentia,
cum tamen Apostolus hoc impossibile pronuntiet respectu quorundam: ergo &c.

102

Confirmatur tertio: quia sancti Latini, et Interpretes ex verbis illis Anas. cap. 1. *repe
taibus recedentibus Damasci, et super quatuor non convertis eum, inferunt in men
te Divina fixum esse numerum peccatorum, et non oquale pro omnibus, adeo ut qui quia
correspondens designatus ibi numerum adimpleverit, certissime damnandus
sit. Et nihilominus inde non inferunt, quod illud potest numerum impleverit sic etiam
spoliandus vita naturali, sive naturali: ergo saltem huiusmodi peccatoribus nul
la deinceps confertur vera potentia agendi salutaria. Quomodo enim illis impa
rietur hoc facultas, quando damnatus animum tunc quod Deus? Borexia Dei
non elongabit alicui sufficientia salutaria operandi nisi cum intentione sa
lutis eius inducendi: quia vero ratione potentia illi salutis intendere, cuius (cum
mero culpa expleto) non miserari decrevit.*

103

Respondet primo dogma
catholicum esse, quod nulla culpa, quantumvis atrox, et feda, sit proxima
invenire miserabili; quia tamen veritas eoque premit argumenta, ac nostram
opinionem impugnant. Respondet secundo, contrarium si ipsi argumenta oppo
ni, cum etiam probet vera sufficientia ponendi nequidem offerri miserabili
illis hominibus, qui damnati tam accensentur. Respondet tertio, pro
fator ex eorum a quibusdam Interpretibus, et aliter ab alijs exponi. Non

nulli siquid in verbis Mathoi subaudiunt, quod exquirunt in verbis
 Marci, nempe peccaty blasphemia proterit ex malitia commissurama.
 Similiter testimonio Iovanni induit volunt peccata turpiora, iniquiora, scilicet
 quo gravissima, et enormissima sunt in omni cuiusque specie. Alij vero
 testimonia memorata, prociq; que postremj intelligunt de peccato cui extre-
 mus habitus adjungitur, adeo ut semel atq; culpa patatur, etig oia delin-
 quenti contingatur; sic enim constituitur in eie finalis impeneverantis con-
 sequentia que recte dicitur peccaty ad mortē dteing, ac etig contra spiritus sanc-
 ty ut pote cūcu inspirationibus mori finem imponit.

104

Utraque interpretatio
 communis est, et optime fundata, ut ostendunt rationes, et auctoritates, quei
 quolibet apud speciales in Sacerdotis innotuit. Nam verò quod proterit attinet,
 si predicti textu accipiantur iuxta prius expositionem, omne significant val-
 de difficile esse remissionem ejusmodi peccatorij ob difficultatē, quā ipse recte asserunt
 in ordine ad penitentem, et alij quorundam actus salutem eliciendy; quandoquidē
 in sacri Litteris non semel accidit, impossibile dici, quod vix est difficile, pro-
 ut olim annotavit Kasianenus Oratione. 36., cui coronat Angelicus Doc-
 tor 3.^a part. quart. 86. art. 1.^o ad 2y.

105

Umo Christus id igitur criminare videtur
 Luce cap. 18. cum enim dives quidam juvenis, alioqui qui Divino con-
 silio duci renuinet, dicit Dominus, facilius est --- Camelis per foramen
acci transire (quandoquidē et simpliciter impossibile) quā dicitur intrare in
regny Dei. Hec audientes, qui adstant, vehementer admirati sunt, et Chri-
 sty interrogabant, quis potest saluus fieri? Quibus ille, quasi per alienorū
 impossibilitatē exponens, atque leniens, ait, que impossibilia sunt apud ho-
mines, possibilia sunt apud Deū, quatenus nimirū Divina gratia remo-
 vet obices ad salutē, cum pravo consuetudinū infringendo, sedando passionē,
 etiam, emolliendo duntaxat humani cordū, et quandoque difficultates omnes
 amandando. Unde salutis ascensio facili efficitur etig ipi, respectu quorundam
 impossibilitū antea veniebatur: quovis ergo penitentia, i. alius quivis actus salu-
 tati aliquando videtur impossibile, non ideo simpliciter, et absolute repugnans
 existimandus est, sed tanty carē nimū, aut valde difficultatē eliciendus, autentā

106

condicione peccatorum.

Quod si vero profati textus intelligantur iuxta potioris interpretationis, fateor, ea importare denegationem omnis potentiae operandi salutariem, l. aliquo modo quocumque, aut etiam optandi salutis. Sed fateor tenentem advenarij, quod pariter importent carentiam vite moralis, ut pote quo vita physica finita nequit non absolvi. Quoniam modus ergo statui vite, seu viatoris ultra presentis vite extendi non potest, ita neque tempus morandi, l. demorandi; consequenter que nec facultas operandi salutariem obtinens protrahi valet. Ceterum hoc aversioni nostra nihil officit, imò magno per se favore, si secundum expositionem istam expedientissime respondeatur, tunc tam impossibile esse penitentiam, quando videtur deinde peccator.

107

Ad primam confirmationem dico, Regem Antiochy acerrimam invidiam morbi doloribus, atque molestiis excruciatam, cuius ferendum impare orare pro sanitate corporali, non autem pro salute spirituali, quae aut penitus ignorabat, aut minus advenari expectabat. Similiter Crispian non desebat admittit crimina, nec ab Apostolo proponitur, uti quocumque locum penitentia de peccatis agenda, sed tanquam dolens de amissa benedictione Laetantia, quae videtur matris Hebece minor natus fratrem Jacobus ei proximaverat. Et certe quoniam illa promissio Divina petite et accipietis etiam ad bona temporalia procedatur, non tamquam eius universalitate, quae spiritualia complectitur, et eterna: quare non tam peccatoribus, ut fluximam indignis penitentibus, sed etiam iustis bene rogantibus ejusmodi dona subinde negantur.

108

Ad secundam confirmationem respondeo dupliciter: primo, quod iuxta fluximam Interpretis Augustini ibi non loquitur de impossibilitate penitentiae salutari utcumque, sed potius de impossibilitate penitentiae per baptismum (qui speciali titulo renovatio, sive regeneratio nuncupatur); cum enim iterari nequeat hoc sacramentum, quicumque post susceptionem ejus in peccata relabuntur, utique non possunt renovari ad penitentiam usque, scilicet baptismatis. Ad alteram vero penitentiam renovari poterunt, ad eam videlicet, quae per contritionem perfectam, l. etiam per imperfectam confessionem sacramentali conjunctam expletur. Respondeo secundo, quod si memorata Pauli verba cum alijs scripturis accipiuntur de penitentia salutari quae late patet, apud ipsos impossibile

nihil aliud significat, quæ valde difficile.

Ad textus confirmationem respondeo, Sanctus Patres et Expositiones ex allegato Propheta testimonio recte deducere, quod in argumento proponitur, quodque frequenter in Latini homilij ad Populum habitis, in clamatibus, uti medicum aptissimum et efficacissimum ad homines à nimia peccandi licentia deterrandos. Ceterum hoc indigere non est excipiendum, et quasi Deus inanis confuso decreverit, tot tibi, tot illi, tot alteri peccata lethalia disimulare, sed nullius eorum vlexa misereri, adeo nimirum ut qui qui numerum delictorum attingat, illic privetur omni verâ sufficientiâ penitendi, l. operandi salutari-ter; decretis enim hujusmodi multis de nominibus est indecens Deus.

LoD

Deus ergo xerum omnium ordinis ac seriem infinitam sapientiam decreverit, simul percipit in quo, quot, et qualia peccata unusquisque se proiciat: intrinseca etiam à quibus culpa, et quoties, opitulante Divina gratia remissionem aliquam, aut post quas tandem imponitur deceret. Pateterea novit quod si tali, l. tali tempore reliquerit hæc, et ille valde assequenter, et ad finem usque perseverabunt: simulque videt non esse perseveraturus, l. quia penitentiam agere procrastinabunt, l. quia post obitum salutis alij deus criminibus inquinabuntur, et sic de alijs mille combinationibus intellectui Divino presentissimum.

IIo

Nunc igitur, quod nos impresentiarum actiones, duobus modis verificari poterit, indubitate demonstrari iam quicumque certis quorundam numerum culpam expleverit. Primo: si statim atque commiserit peccatum compleri numerum illi exierit. Secundo: si gratia omnes ei conferenda, post culpam illam admittit, procedentia inefficaci. Quomodolibet enim accipiamus, aut explicetur dogma proprium, extra controversiam est numerum peccatorum à singulis impleri, etsi nobis ignoti, Deo manifesti esse. Unde Sancti Patres metum incutere nituntur animi hominum, ut scilicet veriti ne prius culpam mori illis sequantur, ea pergere non audeant: l. etiam timentes, ne postquam abii postea tempore penitendi, l. culpam suam frustrantur auxilia impotentem concedenda, sine morâ consentiant gratia nunc illis ad penitentiam invigiti. Nec aliud intendunt, aut intendere possunt Scripturae Latine que locutiones illo minaciissimo.

III

Disputatio. 5^a
De indole, existentia, et necessitate Prodestinationis ad salutem eterne consequendum.

Præmissis huc usque diligenti, et quamvis porro, accuratæ examinationi generalis Dei voluntatis ad salutem omnium hominum sensu terminato, multo ab dubio lucæ affectu quæstionibus mox instituentibus de particulari speciali que voluntate, quæ quoddam pro alij efficaciam inserit in perpetuam felicitatem. Quid quid vero Prodestinationis assignatio, implicatissimis, et obscurissimis difficultatibus offunditur, pro quibus ut cumque illustrandi ac evolvendi notis subinde lumen exquirendum est à Scripturâ, Patribus, atque Doctoribus, qui pro ceteris arcany hoc mysterij enucleare laborarunt.

Sectio. I^a

Explicatur quid sit Prodestinatio, quodque subjectum eius.

I Si vocis origo attendatur, semet Prodestinatio, quod antecedens et prævia destinatio; prodestino siquid, à quo nomen hoc desumitur, ex propositione, seu particula pro conficitur, et verbo destino, quod (omni nunc alij) ejus acceptionibus instituto notico, l. inepti omnino, l. ab eo proximi alieni) quod exultissimos latinissimas auctoritas, et, quod caput est, erig. in Sacra Scriptura sæpe significat animo proponere, statuere, seu decernere: sic lib. 2. Machabæorum cap. 6. in laudis veni Eleazari gloriosissimi mortis anteposentis ignominioso vite (non sine transmissione legi Tabernaculi conservanda) dicitur, destinavit non admittere illicita propter vite amoris. Eodemque sensu sumitur ab Apostolo 2^o ad Corinthios cap. 9. unusquisque prout destinavit in corde suo. Et alibi frequenter.

2 Ceterum et si notio hoc impropria, l. extranea non sit; est autem ampla nimis et latissimas siquid attributa, l. applicata Deo potestatem ad omne decretum efficacem aliquid efficiendi ad extra, consequentem que plura comprehendit utique non prodestinativa saltem in sensu, quo nunc usurpatur prodestinatio; fatetur enim etiam aliquos Sanctos Latæ in laico sensu lotos esse, et aliquando prodestinationem extendentem usque ad reprobationem, sive decretum eterne damnationis, ut ostendit licet apud Augustinum lib. 18. de Civitate Dei cap. 1^o. Proponit

ad Gallos responsione. It. Fulgentij lib. 1.º ad Morimij, ubi reprobi dicuntur predestinati ad mortem, ad supplicij, et ignis eternij. Sed verò sagius alibi scribitur loquentur de Predestinatione, quia ab omni non ipsa rigoris est accepta subtilissime distinguunt.

Et obicere adverte, quod licet à Sanctis Patribus interdum innuatur, aut etiam affirmetur (in sensu nuper indicato) predestinari mala posse, seu potius homines ad ea predestinari; nusquam autem quod ipsos auerit, quod quicquam mala culpa, scilicet homines ad illa predestinentur, et merito quidem; quia cum peccata nec intendi, neque decerni valeant à Deo, ita nec in aliquo vero sensu dici possunt ab ipso predestinata, sed procreta duntaxat. Et hoc expresse docetur ab Augustino cap. 16. de Predestinatione Sanctorum, inde probatur magis extendi precipientis quia predestinationis; quia Deus (ait ibi Sanctus Doctor) solum ea predestinat, quos ipse et facturum, procreat autem etiam quos non et facturum, nec predestinat, ut peccata. Similis fere queritur inculg de Providentia in communem discussus habet disp. 1.ª num. 29.

Idem secundo verby destino non semel nec improprie sumitur pro designare ad munus aliquod obeundi; et ita dicitur, destinatus est Orator ad Imperatorem, ad Curiam, ad Magistrum, qui qui à suo Principe designatur ad fungendum eo munere. Sentiō, quodque propriè accedit intentioni nostro, accipitur pro dirigere, sive mittere: quo sensu jacula, sagittæ, plumbeæ glandes, et similia dicuntur in scopum metæ esse destinari, quia videlicet eo diriguntur, seu mittuntur. Itaque Divus Thomas 1.ª part. quest. 27. art. 1.º exp. sic ait: rationalis creatura, quæ est capax virtutis eternæ, perducitur in ipsam quàm à Deo transmissa. Et paulo inferius ibidem adjungit: videlicet ratio predestinatio transmissionis creaturæ rationali in finem virtutis eternæ, predestinatio nominatur.

Ratio autem hujus expositioni, aut acceptioni exigua rexy inde derivatur; beatitudo quippe naturalis omni exigentis, atque facultatis creaturæ rationalis excedit à quâ proinde, propriè duntaxat virtutis operante nullatenus attingi valet; sed, ut eo usque concedat, oportet omnino, quod ab aliquo alio dirigatur, evahatur, et perducatur. Vnde etiam evenit respectu termini naturalis sue proportionatæ, quemque propria virtute potest attingi; nã potest

ad eum accedit, quæ advehitur, aut mittitur; et ratio hæc ab Angelico Doctore
loco nuper allegato non solum inveniatur, sed agentè traditur, postquam enim ille
dixerat finis ad quæ Deus ordinat res creatas esse duplicem

6 inquit: unus, qui excedit proportionem naturæ creatæ et facultat: et hic finis
est vita eterna. . . . Alius autem finis est natura creatæ proportionatus: quæ sci-
licet res creatæ potest attingere secundum virtutem sub natura. Ad aliud autem, ad quod
non potest aliquid virtutis sub natura pervenire, oportet, quod ab alio transmittatur,
sicut sagitta à sagittante mittitur in signum.

Veni, ut incerta voci expressio
completeatur, ultra significationem verbi destino, sensus etiam alienius compactis age-
riendus est, nempe propositionum, aut particulo pro, de cuius notione grammatica-
li nullus est dubius: sed vix de significatione, quæ in hoc nomine predestinatio
sortitur apud Theologos, non ita convenit. Quædam enim volunt illi particule
significatæ quædam ordinem, sive prioritatem rationis inter actus voluntatis, et scien-
tiæ Divinæ; ceteræ, esse recte fortassis opinentur, quia tamquam dicitur sic non vult
in mente Divinâ, sive prioritas, et posterioritas rationis inter actus intellectus,
et voluntatis Dei non pertinet ad fidei dogmata, sed ad mensuram disputationis Theo-
logicæ, non ut quædam dubia significatione ad optemus cum cetera suggerat: dubia, inquit,
et ob nunc inveniatur rationi, et proterea, quia Sapientissimi Doctores Catholici
quos inter Sanctus Franciscus de Sales Episcopus et Princeps Genevensis, agentè
negant in Deo dari predestinationem absolutam, seu preparationem gratiæ, scilicet gloriæ, res-
pectu alicujus hominibus ante provisionem, aut providentiam absolutam futurorum ejus
meritorum.

7 Quibus alij contendunt, particule pro ita sumendum esse, ut solum dicat ante-
cessionem existentiam ad tempus, quia cum ratio destinationis ad finem supernaturalis
in Deo preexistat antequam creaturas rationales ad finem illum destinato fiant, ob hanc
antecessorem ad ipsas optime propositionem que predestinatio nuncupatur, ut potest procedentem
earum destinationem: quo sane sensu ceteris et omnibus indubitatè significationibus habet,
etiam ut antecedentem creaturam rationalem existentem: pari que certitudine constat
(suppositis dogmatibus de glorificatione Justorum) in Deo esse predestinationem, sub hæc
ratione generali consideratæ, et intellectæ,

8 Insuper, predestinatio sic accepta solum Deo con-

venire potest; nō, ut ex hucusque dictis abunde patet, illa est infalibilis trans-
 missio creaturae rationalis in finem vitae aeternae; solum autem Deus potest ita mit-
 tere, dirigere, l. ordinare creaturam rationalem: et ob excellentiam et granditatem ipsius
 finis, qui vitam creaturam omnium longissimam superat: et etiam ob infalibilitatem
 et efficaciam providentiam, ad quam utique infinita sapientia requiritur, et
 potentia pariter illimitata, quo sane perfectiones in solo Deo reperuntur: ca-
 ergo non alteri, sed illi soli competat praedestinatio, pro ut hoc in presenti sumit-
 tur, quemadmodum etiam in eadem acceptione, solum Angelis et hominibus conve-
 nit esse subiectum eius.

Angelis, inquam, et hominibus, quia licet aliqui prop-
 ter dictum illud Augustini Praedestinatio est propositum mixtendum duplicem
 statuerent nitantur praedestinationem, quam altera, quo simpliciter ordinat
 ad bonum accommodetur Angelis, qui nunquam subjacere peccato; alia vero
 quo liberat a mixtura culpa, hominibus adaptetur; sed omnino superfluum hoc
 distinctio, quia provisu accidentarium est, et de materiali se habet ad praedestina-
 tionem, quod persona peccaverit aliquando, l. non. Adde quod effectus illud impu-
 tatur Augustino nunquam ejus operum invenitur: et quovis incedit explicet pra-
 edestinationem per verbum liberare, quod utique significationem affert habere obde-
 tum; eorum exponi potest de liberatione per preservationem uti notavit Ange-
 licus Doctor: ergo ratio subiecti praedestinationis, de qua modo, non tantum
 hominibus, sed etiam Angelis convenit.

Nunc ergo prociē loquimur de praedesti-
 natione creaturam ad beatitudinem: ac per consequens impertinentem hic a qui-
 busdam obediuntur aliqua difficultates ad tractatum de incarnatione spectantes
 praesertim illo quo moventur circa possibilitatem praedestinationis Personae Di-
 vine, l. in propria, l. satis in extraneam naturam, nec non super humanitate
 Christi Domini, utrum videlicet proprie praedestinata fuerit ad unionem hypostati-
 cam ut opinantur Theologi defendunt: l. an humanitas, aut natura ut sic fuerit
 omnis praedestinationis incapax ut affirmant alij? Quamvis quid igitur definitio,
 seu, si placeat descriptio praedestinationis exhibita num. 8. clarissime pro-
 dicit has difficultates, uti quo, l. de subiecto diverso, l. de distincto termino
 tractant. Nullum omnium ad praevendendam omnes cavillationes, rem que penitus

resolvenda, addo, nos etiā excludere naturā, ut naturā à Prodestinatione,
de quā hic agimus; quia cū beatitudo consistat in operatione (sive solius in-
tellectus, sive solius voluntatis, sive utriusque iuxta varia Theologorum placita)
et operatio sic propria suppositi, non vero naturae: proprieā non hoc, sed per-
sona subiiciens in eā per se ordinatur ad beatitudinē, atque adeo super naturā
ut talis prodestinatio non cadit.

II

Dixi superiùs prodestinatione significari trans-
missionē, non tam ex exercitijs actu, sed mente conceptā, quandoquidem Apostolus
ad Romanos 8. prodestinationē hominū ab eorum glorificatione distinguit
quā et ab omnibus illi actionibus per quas de facto perducuntur, et velut ex-
ternū (si fas est ita loqui) transferantur ad perpetuā felicitatē cuiusmodi sunt vo-
catio, et justificatio; sic enim ait ibi, quos autē prodestinavit, hos et vocavit: et quos
vocavit, hos et justificavit, quos autē justificavit, illos et glorificavit: ergo quā-
vis prodestinatio significet missionē, seu transmissionē creaturae rationalis in fo-
rā exterioris vite; nullatenus autē significat missionē ipsi exteriori, aut opere com-
pletā, sed interiori tantū et animo proposito: quatenus videlicet ab interno procedit
in Deo perfecta conceptio efficax quae voluntas illius transmissioni, quae peragitur
in tempore.

Secūdo 2^a.

Ostenditur quinam sit terminus ad quem Prodestinationis.

- 12 Scitūmā Damascenus aseruit, prodestinationē esse eorum, qui non sunt in
nobis; quia, scilicet, homines ad illa pervenire nequeunt, nisi dirigantur ad
ea quae mittuntur ab alio. Quare recte loquendo, prodestinatio versatur circa
bona gratuita, nobis quae proximi indebita; cū enim bona naturalia ipsi natu-
ra debeantur, ordinatio etiā in seipso naturali ex proprijs naturae viribus, et im-
petu nascitur: ideoque ad illi acquirendū non est necessaria specialis prodesti-
natio, sed sufficit providentia communis, et quorū inter bona gratuita pro-
cipue recedentia gratia, et gloria, quorūde specialim de ipsi inquirunt, an
examini ad quae prodestinationis sit sola gratia, sola vè gloria, seu potius utra-
que? Quae hoc, estō plerūque breviter examinari soleat, non tamē inutili
autumatur: et merito quidem, cū eius discussio, proter alia commoda, etiā dato

prodestinationis explicacioni, necq; haec exiguis claritas affordat.

Igitur 13

OKamus, Labriel, Catharinus, et quot quod prodestinationis constitucio in solo decreto conferendi glorig, affirmant, vnicui et adequat, seu proximo, et ultimo prodestinationis termino esse glorig duntaxat, adeo ut nihil aliud illatenus pro termino respiciat, quia positio precise decreto dandi glorig alius, sufficiens causa ordinata intelligitur ad illa infalibilitate obtinenda: ergo iam est prodestinatus: ac per consequens ad illa glorig, seu termino, prodestinatio referatur.

Uerum hoc opinio, qua 14

tenus excludit gratia a ratione termini prodestinationis, a reliquis pluribusque theologi uti falsa rejicitur, et merito sane, quod quidem omni Apostolo parum consentanea videtur; nam in verbis ipsius, quo transcurrimus non. II. satis inuenit prodestinationis etiam circa media versari, talia videlicet esse vocacionis, et justificacionis de quibus ibi loquitur nemo dubitat: ergo. Unigenit ad Ephesios II. sicut expresse prodestinavit nos in adoptione Filiorum Dei; sed hoc adoptio fit omnino per gratia: ergo. Nec onget ratio in qua nititur opposita sententia; quia decretum dandi glorig precise non fit, et propterea a patris estu advenit distinctum a preparacione merito, eto virtualiter autem in virtute contineat prodestinationem, si sit antecedens: et si sit consequens, cum illa connectatur; nullatenus autem formaliter eam continet; cum enim prodestinatio sit apud plerumque transmissio creaturae rationalis in finem certis operibus, nequit non ad media referri, quia transmissio proprie dicta non solum terminum, sed viam quoque respicit.

Alij post Durandus e contrario docent, prodestinationis unice circa gratia versari, nec illo modo respicere glorig: et propterea auctoritates Augustini, et Angelici Doctoris, quas allegant, rationes etiam adducunt, nempe: prodestinatio est pars Providentia; sed Providentia de medijs est, et non de fine: solum ergo circa gratia versatur, quo medijs est ad glorig, seu finem, obtinendam. Ceterum et hoc sententia quoad partem negativam absolute falsa mihi videtur; quia negari nequit, quod alij aliqua voluntas conferendi glorig, l. includatur in prodestinatione, l. ad illa attingat, cum hoc apertissime sumatur ex verbis Apostoli relatum. II. Quibus adde, quod eadem epistola ad Romanos, ait cap. d. ut ostendat divitias glorig suo in vasa misericordia, quo prodestinavit in glorig. Et simi-

littera Actory 13. dicitur, crediderunt quot quot erant preordinati ad vitam eter-

16. ^{na.} Utrique Conclij Tridentini Sessione 6^a. Canone 17. definitum, gratiam ius-
tificanti imperari pluribus non peruenitur ad gloriam, id que negantes anathema
se fecerunt, inquit, sequi justificationis gratia non nisi preordinati ad vitam eter-
nae dixerunt: in quibus verbis evidenter de vita eterna beatitudinis, et non de
vita naturali spirituali gratis loquitur, et hanc expresse supponat erogari multis
utique non preordinatis. Unde licet Augustinus affirmaverit predestinationem esse
preparationis beneficium, et tamen etiam addiderit, quibus certissime liberantur qui-
cumque liberantur, certe non excludit, imo manifeste comprehendit gloriam, ut
potius maximum beneficium est, donec illi aequatur homo, non est perfecte libera
et immunitas a miseria.

V

Proterea Divus Augustinus lib. de Predestinatione Dei
quem tamquam inter dubia Sancti Doctoris opera commemorant aliqui cap. 3.
de Predestinatione creaturarum verba faciens eam appellat predestinationem glo-
riae; sed non predestinationem gloriae, nisi quatenus ad ipsam aliqui preordinati
erant. Insuper, etiam ait predestinationem esse preparationis gratiam, gloriam quoque
completitur iuxta Fulgentium, qui proferat Augustini locum exponens lib. 1. ad
Monimum cap. 3. sic inquit, propterea omnia, et vocationis initia, et iustifica-
tionis augmenta, et glorificationis premia in predestinatione semper Deus
habuit. Et rationis huius interpretationis ibidem exhibet, quia, scilicet, secun-
dum Apostolum etiam vita eterna est quodammodo gratia.

18

Quod spectat Angelicij Doctoris,
facile respondetur, quod etiam iam citata quor. 13. art. 4. dicit electionem ad gloriam
supponi ad predestinationem; at quando de voluntate loquitur, minime negat eam
pro termino respicere gloriam. Siquis in illo articulo 4. agit de predestinatione suppo-
nenti eam formaliter attingere ad intellectum; de cetero namque constat ex ver-
bis ipsius, quod dedimus num. 4. predestinationem habere pro termino vitam eternam.
Quibus annexi ponunt alia ex eodem quor. 13. art. 2. nempe, predestinatio
est quoddam ratio ordinis in salutem eternam; et pauci interjectis ibidem habetur, est
autem executio predestinationis vocatio, et magnificatio, sive glorificatio.

19

Jam ad ra-

tionis cui Durandus in nititur, dico primo, quod est voluntas dandi gloriam, et ipsa sit voluntas finis relata ad hominem, qui predestinatur; atque respectu Dei predestinantis est voluntas medijs cuiusdam, per quod in eximia sua bonitatis communicatione gloriam suam obtinet. Dico secundo, si verborum assensu, hoc est discrimen inter providentiam, et predestinationem assignari posse, quod scilicet illa per media convenienter procedet rebus aversationis suorum finis, ad quos aliunde supponit illas esse destinatas. Ita vero, ut pote quo primogenitus destinationis in animo predestinantis existens includit, et potius dicit, deo complectatur, et procuratorum medijs, et proterea destinationis in fines ipsos.

Hinc ad rationem illam in forma respondendi potest: concessa majori, distinguendo minorem, ita ut concedatur providentiam versari circa media reduplicative talia, seu quatenus ad finem intentum conducentia: quo sensu finis ut terminus, et media tanquam via respicit; negetur autem versari circa media specificative tantum accepta, seu proculve ab omni respectu ad finem, quia sic sumpta non sunt proprie media, sed ad summum possunt esse quantum ex se sunt idonea ut ad finem adfectionis ordinentur. Unde non quod materialiter, et specificative respiciuntur a Providentia, sed formaliter, et reduplicative, seu quatenus aspra sunt ad finem assequendum.

He- que proterendum est, quod hac occasione nonnulli distinguunt duas predestinationes, quarum alia referatur ad gratiam, et ad gloriam aeternam, ut nominis ita possunt statuere causam alicuius predestinationis, quin idem contradicere viderentur Augustino causam omnium predestinationis insufficientem. Sed in hoc sensu sumpta distinctio predestinationis communiter a Theologis despicitur, quamquam in alio possit admitti, nempe si stabilita fuisset in ordine ad Predestinatos, et Reprobos, quandoquidem plures etiam istorum dici possunt (immo quandoque dicuntur a sanctis Patribus) predestinati ad gratiam pro tempore habendam in hac vita.

Uerum in hac acceptione solus potest nuncupari predestinatus, et addito secundum quid; quia licet in Deo sit voluntas imperitendi gratiam, et voluntas dandi gloriam (quae voluntates etiam ratione distinguuntur, seu plures actus distincti per rationem appellari valent): una tamen est predestinatio perfecta, et

simplicitè dicta, quo prout consideratur in voluntate comprehendit utrique
mentionatè actus, gratiandi videlicet gratiæ, et consequendi gloriæ; prout autem
pertinet ad intellectus, dicit unæ rationis completæ omnium modorum, quibus ex
propósito Divinæ voluntatis, quicumque prædestinatus est, efficaciter ad gloriæ
perducitur.

23

Tertio demiquè communior, et meo iudicio vera sententiâ do-
cet cy Eximio Doctore prædestinationis, ut ad gratiæ, ut ad gloriæ referri: et
quoad quing partem agentis constat ex verbis Apostoli productis num. II. neque
minus clare patet quoad secundam partem ex alijs ipsius testimonijs, quo protu-
limus num. I. et num. III. Liqueat etiam quoad utramque partem ex dicti
Augustini relatis num. I. et II. quibus adijungi potest quod quid à Duran-
di sectatoribus allegari solet ex eodem Sancto Doctore pro sententiâ suâ
stabilitendâ: quemadmodum pro contrariâ, proter jam adductas ejus auctori-
tates, opportune citatur quod inquit Cypri. III. nempe, quos in sui regni
gloriæ prædestinare dignatus est: ac etiam quod ait cap. III. de Romano perseve-
rantis, videlicet, qui non prædestinavit in sui regni, et gloriæ.

24

Ex quibus mani-
feste sequi videtur, quod cy Sanctus Augustinus aliquando dicat prædestina-
tionis terminari ad gratiæ, intendit quæ respiciere gloriæ, utramque complec-
ti voluerit uti terminus ejus: consequenter quæ, quod et si non semel univer-
salitèr accesserit prædestinationis esse præparationis gratiæ, non tantum ideo respec-
tu ad gloriæ intendit excludere, sed potius loquitur de præparatione, quo memo-
rati respectu includat utriusque, seu quo beneficia gratiæ sic elongabuntur, ut
ea simul ordinet ad infallibilis gloriæ consecutionem.

25

Subdetur etiam à ratione supe-
rius indicata: prædestinatio siquidem est transmissio creaturæ rationalis ad vitam
eternam existens in mente, seu voluntate prædestinantis; atque transmissio
perfecta non solum attingit terminum ultimum, ad quem denique pervenitur, sed
etiam viam quæ pergitur, insuper quæ non solum respicit viam, sed ultimum quo-
que terminum inclusivè, s. inclusivè: ergo prædestinatio complectitur, et gloriæ
tandem ultimum terminum, et gratiæ utriusque gratiæ perducendi. Et confirmatur illo
Philosophi, nimirum, ubi est unum propter aliud, ubi est unum tantum; pro ut enim

hic intelligitur predestinatio ad gratiam et propter gloriam, et predestinatio ad gloriam est per gratiam: ergo una completa predestinatio comprehendit utrumque terminum, gratiam videlicet ut proximum, et gloriam ut ultimum: ad modum quo motus unus est ad terminum ultimum, ac etiam ad omnes terminos intermedios.

Un- 26

De, quorum terminus gloriæ sit unus, atque termini gratiæ sunt plures; sicut in motu contingit, qui multos habet terminos intermedios, unius vero terminum proximum. Omnes autem termini gratiæ revocantur ab Apostolo, iam citato cap. 8. Epist. ad Romanos, in vocationem, et justificationem: ita nempe, ut sub priori membro complectatur universa dona gratiæ provenientia, aut excitantia, per que Deus in predestinati inchoat salus: sub posteriorique comprehendat omnia dona gratiæ cooperantia aut adjuvantia, per que perficitur eorum sanctificatio, eamque conservat ad extremum usque, seu finem usque.

Nihilominus ultra sume recensita gratiæ dona, predestinatio quandoque terminatur ad alias perfectiones, et excellencias etiam spectantes ad ordinem gratiæ; ut ad Materiamque Divinam recte dicitur predestinata Christo Deo beatissima, nec non ad Apostolatus Sancti Petrus, Paulus, Iacobus, et alij. Ceterum hoc et similia dona sepe non attinent ad gratiam sanctificantem, sed vel ad ministeria, id est ad gratias gratiæ datas. Quare predestinatio ad huiusmodi dona bene potest distingui per rationem a predestinatione simpliciter tali, que precise refertur ad gratiam, et gloriam; quia tam in predestinati etiam hoc dona sunt media quibus illos perficiendi donec salus eorum assequantur. (secundum illud Pauli sope laudato cap. 8. ad Romanos, scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ipsis qui secundum proprium vocati sunt sancti), propterea contineri valent hoc omnia sub designatione termino predestinationis.

27

Huius ergo, prout hactenus expensum, plures extant definitiones, que tam, et si verbis differant, sensus tamen in se conveniunt. Itaque Predestinatio, iuxta Sanctum Augustinum de Dono perseverantia cap. 14., est providentia et preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicunque liberantur. Et, iuxta D. Thomam allegata quorundam.

28

23. art. 1.º - ratio transmissionis creaturæ rationali in vitam eternam. Denique iuxta Subtili Doctoris 1.º dicit. 4.º. et ordo electionis creaturæ intellectualis ad gratiam, et gloriam. Quamvis, inquit, hæc definitiones ad operam, seu semel verba, differant; at verò significatione congruunt. Deus enim habet aliter eligere, providere, aut transmittit creaturas racionales in vitam felicitatis, quæ procedendo, propagando quæ beneficia quibus illæ infallibiter obtineant, cuiusmodi sunt pro parvulis Baptismus, et pro adultis vocatio, iustificatio, et in accepta sanctitate perseverantia finalis.

29

Unde colligitur, Divinæ predestinationis tria requirere, nempe creaturas racionales tanquam subjecta quæ predestinatur, seu finis cui destinatur eterna beatitudo: gloria sive superna felicitas, tanquam terminus ad quem ultimo perveniuntur; tandemque totam viam gratiarum, et auxiliorum, tanquam viam quæ præcedentes eò secure perveniunt. Sanitè etiam ex huiusmodi dictis infertur, predestinationis esse metaphisicè connexam cum eterna salute predestinationis, adeo ut respiciat essentialitèr predestinari quemque, et perire, s. non salvari. Quapropter Eminentiſſimus noster Solaximus lib. 2. de gratiâ cap. 3. predestinationis ita declarat, ut hæc omnia prædicata complectatur in ejus definitione, quæ ibi more scholastico sic efformat: providentia Dei, quæ misericorditèr electi per infalibilia media gratiæ dirigitur in finem gloriæ.

30

At hæc, et procedentes aliæ definitiones, etiam illa, quæ præstat num. d., eto reipia bona sunt, et ad regulas Logice sufficienter exactæ, non defuere Theologi, qui, quam parum accuratas, eas impugnaverunt. Sed immerito; quia Predestinationis essentiam optime declarant, et aliudmodò genere constant, atque differentia; nec omitti potest in ipsi vox aliqua sine dispendio claustris. Quibus, qui memoratas definitiones, veluti redundantes abiciunt, breviores alias effingentes in oppositis extremis impingunt; siquidem adeo concisioni propiciunt, ut perspicuitatis omninò negligant. Adde quod præfata definitiones multis alicui auctoritate præstant.

Sectio 3.ª

31 An, et quatenus Predestinatio comparatur cum Providentia?
Frequenter à Theologi cum Divo Thomâ dicitur, Predestinationis esse partem

Providentia; quia vero et Providentia, et Predestinatio, s. in actu intellectus
 s. in actu voluntatis Dei, s. demum in utroque consistit, difficile videtur, quod in
 actu simplicissimo, quales utique sunt omnes modo relati,

possit inveniri ratio totius, et partis. Propterea repugnare apparet quod pars
 illa sit integralis cum ubi nulla detur quantitas, ad quod tamen ratio partis sur-
 summodi spectat: similiter etiam quod sit pars subjectiva, quia non est ubi ratio alio-
 qua communis, unica siquidem est, et singularissima Providentia Dei. Et
 certe quod aliam rationem totius et partis attinget, hic agere poterunt adaptari:
 ex eo.

Ceterum, ut aliquomodo saltem profata locutio, ita que difficultas magis 32
 enucleata facilius etiam intelligatur, notandum est, comparationem hanc posse tri-
 pliciter institui: primo conferendo predestinationem et Providentiam naturali:
 secundo eandem comparando et Providentiam in communi: tertio denique et Pro-
 videntiam supernaturalem circa reprobos. Ignora autem primam comparationem, pre-
 destinatio tripartita a Providentia difert, nempe ratione subjecti, mediorum, et ter-
 minis; sola namque creatura rationalis est subjectum predestinationis, et Pro-
 videntia naturalis omnes substantias creatas habet eat pro subjecto secundum dictam
 disp. 1. num. 28

Difert etiam ex parte mediorum; quia media quibus vitiosa predesti- 33
 tinatio pro fine suo consequendo sunt dona gratis subjecto, secundum se, prout in
 debitas media vero Providentia naturalis, ad executionem finis adhibita, sunt do-
 na naturae: consequenter que predestinatio est omnino libera, et gratuita, se-
 cui autem Providentia naturalis, que supposita creatione rerum est necessaria.
 Tertio difert ratione termini ad quem ultimis; quia predestinatio transmittit cre-
 aturam in finem supernaturalem aeterno vite, et Providentia naturalis tantum or-
 dinet subjectum suum, ad que pendeat, in finem pure naturalem.

Quod secundum com- 34
 parationem attinget, Theologi plerumque referunt et Angelico Doctore, saepe citata
 quor. 13. art. 1. corp., predestinationem relate ad Providentiam in communi se
 habere tanquam partem ejus objectionem, quia nominum respicit objectum illius partiale.
 Quoadmodum enim Geometria (quod partem evenit in alij scientij partibus)
 que de sola terra mensuram tractat, proprieque pars est objectiva Mathematica, est, tanquam

objecti respicientis omne corpus unius dimensione constanti: ita predestinatio que
sola attendit missionem Electorum in finem supernaturalis beatitudinis, dicenda est pars
objectiva providentia in communi complectentis deductionem creaturarum omni-
um in suos fines: ergo &c.

35

Tandem in tertia comparatione predestinationis ad su-
pernaturalis providentia erga reprobos, unius apparet discrimen; id quod nec ex
parte subjecti, nec ex parte termini, nec ex parte medij se tenet, sed idem ex
parte intendendi; predestinatio siquidem est efficax providentia Dei circa fi-
nem vite eterne, in quem certo processu ac infallibiliter transmittit creaturas
rationales: providentia vero supernaturalis, que Deo in reprobos exercet, non
est efficax (sic absolute sufficiens) ad vitam eterne obtinendam; quoniam enim
abunde prebeat reprobis auxilia supernaturalia, quae possunt aequari salutem:
at non consent illis auxilia, quibus eam de facto consequantur.

36

Utrumque predesti-
natio multiformis a Providentia difert, quin tamquam inde sequatur (quod plures
intendunt) memorata locutione ut omnino falsum esse respondet; ratio
enim a propria similitudine, cui alio possent adungi, consistit, ad rationem visum con-
ceptum tantum objectivis sufficere, quod objectum predestinationis comprehendatur
sub objecto providentia in communi, quod, cum ordinatione creaturarum omnium in
suos fines attingat, utique directione creaturae rationalis in vitam eterne complec-
titur: ac per consequens in objecto providentia sic sumpto continetur objectum
predestinationis, quod proinde pars est eius objectiva.

37

Utrumque autem inquitur,
et acium disputatur, an predestinatio sit eius pars providentia subjectiva, sive
subjecti de quo providentia praedictur ut ratio superior? Negativè respondet
Eminentissimus Caietanus, Acutus Doctor, Illustrissimus Lodon, cum multis alijs,
quibus adhaeret Loretus tom. 2. sup. 1. art. 4. Sed affirmant Durandus, Ca-
pitolus, et Caximius Doctor ubi supra laudatus, quos nostri plerique subsequen-
tur: et quidem opinio; nam ut nunc obiter insinuat est, aliquid esse partis subiec-
tionis alterius, est esse subjecti de quo praedictur illud aliud tanquam ratio superior;
at qui sic se habet predestinatio respectu providentia in communi: ergo &c.

38

Consequen-
tia

ria est recta, et maior cetera. Probe minor; iniquitas enim de Providenti
 ratione bene sic enunciatur: Providentiatio est Providentia; alioquin predicat
 tum in hac propositione dicitur tanquam ratio superior, quandoquidem ad pro
 videntis supernaturalis erga reprobos, nec non ad naturalis circa reliquas creatu
 ras extenditur: ergo. Confirmatur urgentissimi partibus: ratio attribui
 Divini, sub hoc specie concepta, comparatur ad justitiam, misericordiam, Omni
 potentiam &c. tanquam ratio superior: sic ergo ratio scientia Divina se habet ad scien
 tia abstrahens, conditionata, et simpliciter intelligentis: ratio similiter deo Divina
 relata ad ideam hominis, equi, lapidis aliarumque creaturarum: ergo pariter &c.
 Sectio 4a

Subvertuntur argumenta contraria.

Obiicitur primo: Providentiatio respicit non participat rationis, aut conceptus pro
 videntis: ergo hoc de illa male predicatur. Consequentia, inquit, est inrehabili
 li: et antecedens ita videtur: providentiatio supponit existentiam subjecti cui
 procedit, seu cui procurat materia petitiendi finis sui, consequentia que uni
 ce dicitur circa regimen aut gubernationem illius existentis; atqui prodes
 tinatio non ita supponit existentiam subjecti, sed potius illi decernit ac effe
 cit propter finem cuius dicitur ergo providentiatio nequaquam participat conceptus
 aut rationis providentis. Respondetur, negando antecedens argumenti, quod ob hoc
 neque consistit, et rursus infra monstrabitur, providentiatio est ergo prepara
 tio medium, quibus creatura rationali efficaciter in finem glorie transmitti
 tur: adeo que vere subest rationi, sive conceptui providentis.

Unde ad proba
 tionem antecedenti dico, quod si vera sit illa sententia, que nimirum affirmat,
 providentiatio ex conceptu suo supponere existentiam subjecti cui procedit: idem
 consequenter esse tenendum, et antecedendum de providentiatioe dicitur sumpta. Cen
 seo namque Doctores illos omnes gravissimos, qui conveniunt inter effe
 ctus providentiatioe existentiam subjecti providentiati, loqui tantum de Providenti
 atione late accepta, scilicet eo nomine velle duntaxat innuere, seu significa
 re decretis, quo subjecti decernatur, atque simul eligatur ad gloriam, electione
 quidem antecedente, distinctaque prout a preparatione gratie efficaci. Ceter
 um uti superiorum omnium est huiusmodi electio (si de facto datur, aut facte non re-

quinet) non est formaliter prædestinatio, sed solum virtualiter. Unde dicta
num. 14.

41

cum expedientia facultate ad utrumlibet. Ceterum omni succumbunt
hæc responsione, aliunde non sustinenda; quia Calvinus idem
ait de potentia, et voluntate Dei, videlicet ab illis ita necessari
non est arbitriy, ut quævis libertas ipsius, et indifferentia ad utrum-
libet admittatur, maneat tam spontaneus: quod, iuxta Physico-
phy 3^o Criticorum cap. 1^o bellius etiam evidens. Quare, sicut in

singulis operationibus non sufficit admittere spontaneam, sed oportet etiam admittere libertatem: ut in finali perseverantia, et beatitudinis assecutione, propter spontaneitatem, opus est annexae libertatem; alioquin nostra libertas evanesceret a praedefinitione, ~~et~~ tamen spontaneitas perstaret integra: neque sic operantes, dicere possemus a beati.

62

Secundo respondent alij, necessitatem aliquam imponi creato voluntati per electionem Divinam, quia nimis illa supposita, iam voluntas humana nequiret se flexere in alterum extremum: manere tamen ex se suaque virtute libera; quia cum impedimentum a decreto Dei proveniens extrinsecum omnino sit, et nullatenus in voluntate creato influat physice, nihil in illa mutatur quoad modum operandi ab intrinseco. Certe enim Aristoteles isti non loci libertatis impedimento extrinsecum adhibito (quale fuit in Christo Domino procepto subeundi mortem), vel tantum impedimento determinante voluntatem, in eamque physice influente. Quis hoc voluit licet accute concinnata, cum argumenti propositi nihil imminuit; quia tamen voluntas humana ex se suoque agendi modo alia esset libera, tamen, siposito Dei decreto (extrinsece duntaxat applicato, et non influente physice) iam pro libito nequeat inclinari, neque determinare in utramlibet partem, utique non est indifferens, ac per consequens neque libera: ergo memoratum Dei decretum huc et nunc evanescit libertatis humanae.

63

Esquidem: attenda communem Theologorum doctrinam, nec non ipsam rei naturam, libertas a necessitate, s. ad mexendum, et demexendum requiritur, concipi non potest absque indifferencia ad utramque partem: ergo si praefato decreto praefato tollitur indifferencia, etiam illo supposito, libertas auferatur: quod quidem sit, an modus operandi voluntati creato mixtus intrinsece, s. solum extrinsecum applicetur aliquid, quoposito non maneat indifferens. Difficultas de libertate Christi Domini, et procepto moriendi componenda, impertinencia hic adducitur, et ad alij tractatus attinet, ubi super ea

prolixè disputatur, et contentiosissimè, ut patet ex multitudine, ac
 oppositione sententiarum, inter quas rursus allata parum eminet.

64

dicunt alij, nullam ex decreto Dei necessitatè incuti creatam volunta-
 ri, eij, quoad hoc, eodem modo se habeat decretis, atque scientiis. Qua-
 re, sicut ex suppositione, quod nocuit Deus Petri usq. peccatum esse,
 non potuit non peccare Petrus, et nihilominus potestas ad non
 peccandum illi non admittitur (simplicitè enim ita peccabit, ut abso-
 lutè possit non peccare) similiter, ex suppositione decreti Divini non
 potuit Electus damnari, seu gloriam amittere, simplicitè tamen
 ita libere gloriæ consequetur, ut possit non obtinere; quia necessitas ex
 suppositione, nequè tollit simplicitè, nequè minuit libertatè huma-
 nam.

Latet non officere libertati necessitatè consequens, sed idcirco an-
 tecedens, quoniam illa potentior est, et dependens à libertate; recù au-
 tem ita, quæ libertatè antecedit omnino, nec illatenus ab illa pen-
 det. Necessitas ergo quæ procedit à scientiâ Dei, consequens est: quam-
 vis enim posita præscientiâ, culpa Petri, culpa futura sit, futura ta-
 men est ex ipsius Petri libertate, cui proinde vult etiam illa suppo-
 sitio: consequentè quæ necessitas inde procedens, ut possit libertate potentior,
 neutiquam ei nocet.

65

Non autè ita contingit in alterâ suppositione, scilicet
 electionis ante præstita merita; quandoquidem hoc est quòd omni
 libertate creatâ nec ullâ ratione dependet ab illâ: cum itaque necessitas
 oriatur ex huiusmodi suppositione, ut rursus eorundem, certè libertatè
 tem impediet. Libertas verò contra quamcumque necessitatè ita stabiliri
 debet, ut verè liberi maneant homines ad perseverandum, et non perseve-
 randum, ad gloriam adquirendam, et amittendam. Nequè sufficit cum
 quibusdam asserere, quod nisi fieret illa suppositio, libere perseverarent;
 quia plures etiam hæretici, post Melancthonem, voluntati concedunt li-
 bertatem ex se, nihilominus autè affirmant ex scientiâ, seu decreto
 Dei non manere liberam. Et vanè, verè libertas ad merendum, et de-

66

merendum exacta simplicitate, quacumque suppositione facta, defendi
debet advenus hoc catholico venienti orare.

67

Quanto tandem alij nego-
munt (ac, ut ingenue loquar est responsio vultissime contexta), quod ex
suppositione illius decreti, l. electionis ad gloriam, non imponitur volun-
tati creato, necessitas antecedens, sed merè consequens; quia quantum
non antecesserit electionis absoluta provisio meritorij, attamen illa pro-
cessit scientia conditionata, quã Deus ita vidit, ut dederit talem, ac ta-
lem vocationem Petro, libere perseverabit usque ad finem vite: cum ergo,
sic perspectã libertate decreverit absolute dare Petro beatitudinem illi non
abrogat indifferentiam voluntati iam sub conditione cognitã, sed potius
eam supponit; quã necessitas huius decreti posterior est libertate volunta-
ti Petri. Quid autem efficere potest, ne post hoc decretum Deus propter varias
vocationes, quibus Petrus ad extremum usque libere perseveret, libereque glo-
riam obtineat?

68
+ sub conditione

Sed contra: quod namquã Deus novit perseverantij
Petri, et illã vocatione tacti, certe non tollit, quod absoluta eius
electio ad gloriam procedat convenij ipsius absoluti, et quod nullo modo fu-
erit in illius potestate, sicut est scientia Divina secundum principia res per-
dentij; sed si non fuit in potestate Petri, ei que necessitas imponit, uti-
que libertas in illo non relinquit: ergo. Deinde, quantum Deus condi-
onate provisioerit in Petro libertas ad perseverandij finaliter; tamen abso-
luta Petri perseverantia necessaria erit: quandoquidem illa suppositio elec-
tionis absoluta minima facta fuit ex eo, quod libertas Petri fuerit condi-
tionate provisio; aliam enim elegeretur, et Regnabi, et etiam quilibet illo-
rum sub conditione nos carum perseveraturus, si nimirum tali, l. tali vocati-
one pulsaretur.

69

(obiter d. 6. numero
et in nullã aliã que)

Et, ut supra tetigimus, merita pure conditionata, sed quo-
nunquam exunt, eto sub conditione provisiantur futura, non possunt esse
Deo causa, sive ratio aliam conferendi, l. negandi gratiam, et gloriam:
propereaque parim apud Sanctos Patres appellantur merita confecti; ut
scilicet in illo quorũ, quo Deus iuxta sententij oppositij statuit dare gloriam,
pro-

procedit
procedit merito conditionatè tantum, et non absolute, dici nequit, quod
gloriam proficiant ex illi. Latet enim, quodò decretum aliquod ex merito
operis, scilicet cogitatione, voluntate ejusmodi et gratitudine, et retribuitur
tanti: et sane nemo sui meriti imper ex gratitudine statuet aliquid
rependere ob merita non dum absolute futura, sed solum sub conditione,
quæ nunquam adimplebitur.

Denique pro libertate tuenda in ordine
absoluto, quæ servatur in conditionato, veries eadem aditum debebat
in utroque; secus autè evenit in producta responsione contrariorum,
aliter constituentium ordinem sub conditione, aliter absolute. Spiritus ita
rem utantur in ordine conditionato: ut Deus hæc et illa vocatione
tanquam per singulas occasiones, libere persequatur usque ad finem vite,
libereque gloriam assequatur: et modo non superaddatur decretum
aliud conditionale, libertas hoc modo per solum proficiunt gratia procedit
entis, et concomitanti optime defenditur. Veni autè decretum electio-
nis ad gloriam adiacent ante gloriam sub conditione libertatis, ita
videlicet: ut Deus ante omnia Deum glorificare statueret posteaque hæc
et illa vocatione usque ad finem pervenire, profecto nullus adveniens
quæ amoveret Deum manente libero; quia tunc casus decretum electionis an-
tecederet provisionem etiam conditionalem operis.

Ut ergo teneat paritas,
operet eandem sequantur in ordine absolute, et conditionato. Quia
propterea, ut voluntas libera maneat in ordine absolute, scilicet ab eo removeant
adveniens decretum conferendi gloriam ante merita absolute futura, ut sic
ordo priorum idem observetur absolute, qui sub conditione, vel si decretum
illud ante opera absolute futura constituitur in ordine absolute, dem in
ordine conditionali superaddant ante merita sub conditione futura. Un-
de sequetur, quod sicut in statu conditionali libertas persequendi finaliter
conditionate tollentur illo decreto: sic in ordine absolute deponitur ejusmodi
decretum aufertur libertas absolute.

Multum in hæc prima ratione proponenda,
nec non à contrariis solutionibus vindicanda, morati sumus: ideoque mori

in reliquis expendendi habebimus. Ugitur secunda ratio pro conclusione
nostra fundatur in communis Theologorum opinione, de qua late diximus
diq. 2. nempe Dei voluntate primariam, et antecedenti velle saluti omnium
hominum etiam reproborum, atque adeo voluntate illi esse communem omnibus;
atque voluntas ista non est posterior, sed prior provisione meritorum: ergo
voluntas Dei antecedens prioria merita omnibus est equalis. Unde cum
Deum non deesse veris efficaciter hanc gloriam omnibus, tamen sequitur, ne
minis ad eam habendam efficaciter electi fuerint nisi ex prioribus meritis.

73

Hic
obiter adverteendum est, Damascenus Latres e quibus desumitur hoc distinctio
voluntatis antecedenti, et consequenti cum Dei voluntate ~~primariam~~
appellare primariam, et antecedentem, quia sit ex ipso velle: illam vero conse-
quentem, et secundariam, quia sit post opera nostra prioria. Sic Damascenus
lib. 1. de Fide cap. 20. inquit, antecedens voluntas veri beneficii dicitur
ex ipso manare: . . . insequentis voluntas, ac permissio à nostro vitio ortu
duceri. Et libro contra Marichos prope finem, rursus ita voluntatem
primariam, aut antecedentem, et secundariam, seu consequentem explicat,
primaria enim voluntas est id, quod quicquam ex se ipso vult, secunda
autem id, quod carum ierit, quod contingunt causa vult.

74

Tertia ratio, qua
nibitur in ipsa meritorum indole, bifariam adornari potest, primo sic: in pro-
venti providentia rerum opera salutaria sunt causa meritoria beatitudi-
nis; atque causalitas meritoria non aliter exerceatur, nisi quotiens ab illius
remuneratore, ut ex meritis prioribus decernat premium: ergo Deus in hac
providentia velle decernit gloriam ex absoluta provisione meritorum. Con-
stat minor à gravitate decreti reprobativi, quod rari non concipitur à Deo
propter, donec ista proviantur absolute priora: ergo. Latet etiam alij exam-
pli: namque nostra precia, et orationum intercessionem precibus quas cum cogi-
to, Deoque grata movent ipsi tunc ad exterrum beneficii collationem, tum ad in-
teriorum affectum et volendi. Similiter Iustitiam, et fidelitatem exerceat Deus
erga nos post absolute prioria merita nostra: ergo &c.

Remedia

75

Confirmatur autho-

nitate totius Ecclesie, quo sic intra Missae celebrationis oratione nos docet,
 et in Clectorum tuorum iubens gratie numerari; sed rogare Deum, ut iubeat,
 eis petere ut velit, atque decernat: ergo fidem ac speramus, per nostras,
 et Ecclesie preces, posse Deum petrahi, ut nos etiam Clecti accenseat.
 Neque vim huius dicuntis ^{*}enerat familiaris illa distinctio decretorum
 intentivi, et executivi; nam qui decreto intentivo iam est predestinatus,
 iam quoque connumeratus est inter Clectos: ergo si quoad decretum intenti-
 vum predestinatio liberalis est, et gratuita, et aliunde meriti nostri
 obtineri nequit, ad illam consequendam incassum oraret Ecclesia: quod
 certe nefas esset appetere. Quibus addo, Sancti Augustini in Enchiridii
 cap. 103. ita locutus esse, nullus fit saluus, nisi quem Deus voluerit
salvare, et Deo rogandum est, ut velit, quia necesse est fieri, si voluerit:
 ergo iuxta Sancti hunc Doctorem precibus nostris impetrare possumus,
 ut Deus velit nobis vitam eternam. Quo spectat notissima alia senten-
 tia eodem Augustino communiter imputata, nempe si non est predes-
tinatus, fac ut predestinetur.

* eludit

76

Secundo sic aliter intitui valet proposita
 ratio: si Deus nihili faciens merita non ex gratitudine, sed ex mera
 liberalitate, statuit ab ore suo glorificare Letum in tempore; quanto
 postea Letum habeat merita, non tamen ex illis, aut illorum intuitu
 Deus ei largietur gloriam in tempore, sed omnino gratis ut decernerit:
 imò tamen nulla referat in Letum merita, nihilominus ei gloriam
 impertietur, quoniam ita statuit ab ore suo: ergo merita nihil ex-
 rantur in Clectis ad gloriam obtinendam. Dicuntur hic illustrari
 communit exemplo Principis, qui solo sua voluntate decerneret aliquem
 in Consiliarium assumere, non ex meritis, aut collatum attentis
 eius animi fortibus: nam etiam postea contingeret hominem illum re-
 ipsa doctus, et prudens esse, multisque meritis ornatus; attamen eos in
 prima resolutione, et quia sic ipsi placuit, non autem ex meritis notitia
 decretis illum eligeret ad munus relatus. Similiterque licet postea des-
 prenderet, utique ille innotet, et utiqueque esse meritisque vacuus, nihil-
 ominus ille eligeret in primis intentione, et certe mutabit sententiam

cu in prima sua definitione nulli referret meriti, ratione cuius vel-
let eligere talem hominem.

77

Hoc, inquit, exemplo, vii istius rationis inclu-
xerit; quia si Deus apud se prius constituit glorię conferre non intu-
itu meritorij: ergo non ex gratitudine, sed sola sua benignitate de-
crevit illam dare. Cum ergo decretum Dei semel conceptum immutari
nequeat, agente requiritur, quod ex vi huius decreti Deus in tempore
glorię exeret electi, non quidem ex gratitudine, i. intuitu meritorij,
sed omnino gratis, quanquā aliunde merita sint ei glorijs imo tes-
meriti plura sint ignora remerita. Latet illatio; quia decretum illud pro-
vis gratuitum, et ex mera Dei liberalitate fuit: ergo illo posito merita
nihil attinent ad gloriā adducendam: quod utique dicitur, absurdum,
et innumeras scripturae testimonijs manifeste requirantur est.

78

Neque de-
ficultas emollet responsio communis, et sequi ante rejecta, nempe Dei
voluntatis ordinem intentionis in decretis non esse ratione meritorij;
in tempore vero beatitudinis executioni mandandam esse per merita.
Quia, si Deus ab eterno decrevit, non ex gratitudine, sed ex quā mi-
sericordis suę liberalitate quidquam impetiri, certe decrevit eiusmodi
donationem in tempore faciendam ex eadem liberali gratuita volun-
tate, nulloque modo remuneratoria: ergo voluit illam in tempore
fieri gratis, quemadmodum ab eterno profuerit. Explicatur amplius
et firmatur; siquidem illa Dei voluntas non fertur ad rem prolixe
secundum se consideratam, sed pro ut aliquando futuram in tempore, con-
sequenterque pro ut efficiendam; vel quod ex voluntate liberalitatis, et
non gratitudinis decreverit esse donandam, utique decreverit donandam
esse sine meriti, quia decretum illud respicit donationem in tempore fu-
turam ex eodem motivo, quo decreta fuit ab eterno, dummodo non mur-
tetur illa quia voluntas: ergo si memoratum Dei decretum fuit mera
liberalitatis, et misericordis, cu aliunde nec impeditur, neque mutari
valeat, nulli profecto meriti indigebit, ut consequatur effectum suum:
ac per consequens ut hunc inducat, non equi erit, ut proterea superveniat

motu gratitudinis.

Aliter ita potest urgeri: decretum illud liberali-
tati, et misericordiae, quae tale, vel ex se fuit efficax, l. secun-
dum: ergo nisi mutetur, aut impediatur obtinebit effectus ex solo
suo motivo; hoc enim est proprium omni voluntati ex se efficaci.
Cum igitur aliunde nulli Dei decretum efficax (cujusmodi nunc sug-
ponitur illud intentionis absolute provisae merita procedens) impedi
possit, aut mutari, manifestum est, quod pro gloria consequenda super-
fluit decretum aliud executionis ex motivo gratitudinis. Si secundum: ex-
igo decretum antecedens absolute provisae merita non est infructuabile,
proinde quae non reddit executionem beatitudini infallibilem, donec ac-
cedat alia voluntas gratitudinis, quae propter merita futura velit im-
petrari vitam aeternam; ergo decretum illud intentionis non est quale statui
volet a contrariis. Quasi: etsi dicant adversarii, quod ante provisae
merita decretum illud intentionis ex misericordia, et liberalitate pro-
cessit in Deo; nullatenus autem inficiantur, quin potius omnino
requirunt decretum aliud efficax ex gratitudine retribuendi gloriam
ob absolute provisae merita. Nunc sic: si decretum hoc posterius non
esset efficax ex gratitudine, nemo si prius illius decreti gloria obti-
neret, l. oque sine merito, atque cum illis eam assequeretur, quod
quidem falsum, et absurdum est apud omnes: ergo si decretum posterius est
necessarium ad beatitudinem habendam, quia decretum ex se non erat
efficax ad infallibilem illius adeptum; alias enim ex solo suo motivo,
et absque novo decreto, haberet effectus inferendi vitam aeternam
ex mera liberalitate: proindeque sine merito.

Denique contrarii pro- 80
pugnantes in Deo voluntatem efficacem dandi vitam aeternam ante provisae
merita ex mera liberalitate ac beneficentia, concedunt insuper ali-
quod voluntatem efficacem conferendi gloriam ex gratitudine tanquam promissum con-
sequendum meriti absolute provisae: ergo l. hoc est nova voluntas a pri-
ori distincta; l. quoniam illa voluntas ex liberalitate mutata fuit in aliam
ex gratitudine. Sed utique falsum esse videtur; efficax enim Dei volun-

tas est proximi immobilis, neque minime subire potest innovationem.
Invidiosa quoque foret prior illa voluntas efficax ex pura liberali-
tate, et misericordia (si proterea requireretur hoc altera), ut posse
quod nunquam illatura esset effectus ex se, l. ex suo purtaxat motivo: er-
go sat est, quod ante provisionem absolutam merito Deo tribuatur volun-
tas quidem vera, licet inefficax erga finem. Ideo responsioni huius
impugnationis adeo proaxi, tamque crasse proponi, quia fere nulli
argumento nostro non adhibetur à contrariis, quamvis et quicquam ag-
tius tenendo tempore, quia difficultatibus evolvendis

§ 2^a

Procedit assumptum antecedentis.

81

Quarta ratio sic instrui potest: efficax conditionata voluntas, aut promissio
transire valet in absolutam ex arbitrio potentis adimpleti conditionem,
dummodo nec instabilis, neque fallax sit promissio; atqui Deus constans,
non dolosa voluntate veris voluit, et sincere promissit omnibus vitam
aeternam sub conditione perseverantiae finalis: alioqui non verè vellet
omnes homines salvos fieri, neque gratiam salutis consequendo suffi-
cientem illi erogaret, neque denique Christus mortuus esset pro omni-
bus, quae quam falsa sint abundè constitit disp. 2. per totum: ergo Deus
omnibus, et singulis hominibus scit potentat, ut illa sua conditionata
voluntas ex ipsorum arbitrio transeat in absolutam, sive ex absoluta con-
jungatur ad expletam et qualificatam conditionem, liberam scilicet finalem
perseverantiam.

82

Consequenter recte deducitur, et major indubium
revocari nequit, quia deceptor, aut negator esset quisquis rem aliquam
offerret nolens eam elargiri, l. qui promitteret sub conditione nullatenus
impleri à promissario: quicque quidquam ex animo sponderet, postea
non exequeretur, inconstans profecto solubilemque se proba-
ret: ergo liberus est omnibus, et singulis hominibus efficere, ut absolutam
Dei voluntate post meritum provisionem ac exigui meriti elegantia
ad gloriam et coronam, licet abundè sine merito, et ante provisionem
voluntate Dei conditionali vocati iam fuerint, et electi ad vitam aeternam

obtinendam.

Quinta ratio pariter Reprobationis innixa multipliciter expendi solet: nunc autem omnia alij ita proponitur; iuxta necessarium inter Theologos opinionem, ac etiam à plerisque contrariam admittam, Deus positivè non reprobat ante prorsus demerita; sed si predestinaret ad gloriam ante merita prorsus, non aliter positivè reprobare posset: ergo predestinat in presenti providentià post absolute prorsus merita. Minor unice negabilis ita subdatur: eo quod quod aliqui ex duobus extremis disjunctivè necessarij unij liberè proreheat, alteri positivè vult; atqui vita, et non oterans sunt extrema disjunctivè necessaria: ergo Deus liberè predestinans Electionis exempli gratià vult ad gloriam, positivè vult eum damnari. Consequentià legitime deducitur ex præmissis, quarum prior certa, quin et evidens ex terminis ipsis apparet; non enim aliter voluntas liberè se determinat ad amandū unum è duobus sub disjunctivè necessarij, quæ alteri omittendo: neque potest aliter corrigi libera determinatio voluntati ad unum è duobus extremis ita consideratis. Posterior quoque pari certitudine quidet; nam in presenti providentià statutus est à Deo, nullus pro adultis esse medium inter gloriam, et peng oterans.

Confirmatur, et vigetur decretorum istorum in solis explicatione. Spiritus electio ad gloriam, iuxta Thomistas est inderivabilis, et inevitabilis, adeo ut nullatenus ex propria sua libertate Reprobis aliquis illa careat, cum eam habeat electus. merita quippe demerita conditionatè tantum futura, nec obtinere, nec impedire valent electionem ad gloriam, ut potè gratiūq omnino, soli quæ Deo liberam. Proterea decretum excludendi medium inter vitam, et mortem oterans respectu rationis oterans est prorsus inevitabile, quæ ab humana libertate nullo modo dependeat: ex principiis ergo contrariis agente sequitur, vadam, et omnes alios Reprobos inevitabiliter vadem decreto positivo suo Reprobationis: ergo &c.

Et hinc verba ratio sic efformari valet: quicumque vixit liber est ad consequendū salutem oterans, h. ha-

bet in se, l. saltem libere potest habere quid quid pro saluti ademptione
requiritur; at qui iudas uti quilibet alius Veprobis, habuit veram libe-
ratem assequendi valens omnem: ergo l. habuit, l. valde habere potuit
quid quid ad salutem obtinendum erat necessarium. Consequentia, si qua alia, le-
gitima est: et minor aequa Catholicos omnes indubitata veritati. Major
per se nota videtur; hoc enim axioma, nemo sine requisito ad agendum,
agit, est ita vera, ut nullam potestate falsificari queat: quod exempli gra-
tia ad volandum, et vales ad ascendendum requiritur vincitur.

86.

Profecto, nullatenus est verè liber ad effectum aliquem producendum, nisi terminus
inferendi, qui non habet, neque libere potest habere causam, aut con-
ditionem omnino prae-requisitam ad producendum talem effectum, talem ve
terminum inducendum. Hoc in evidente ratione, et quidem a priori, nititur;
quia repugnat ex terminus potestas, etiam antecedens, essentialiter
indivisibilia dividendi, consequentiaque separandi productionis effectus,
aut fori assecutionis ab existentia conditionis, l. causa proximi necessario.
Similiter, nulla est potestas, ad huc antecedens componendi productionis
effectus, aut ademptionis terminus ex carentia causa, seu conditionis essen-
tialiter necessario; quia nimis impossibile est vera potestas, aut libe-
tas exequendi chimeras; alias enim ut non essent impossibiles, sed sim-
plicita, et absolute posibles, proindeque non essent chimeras.

87

Nunc
sic: atqui iudas (idem intellige de quocumque alio Veprobo), nec habuit, nec
libere potuit adquirere efficacem vii electionis ad gloriam ante propria
merita: alioquin efficax illa electio, si daretur, non esset ante merita,
nec eorum causa, sed potius ex meritis procederet, impetareturque per
ipsa, quod nullo modo patitur indoles, et concessus electionis antecedenti,
quod ut a Thomista explicatur et stabilitur: ergo l. ad gloriam consequendos
electio, quae sit meritorum causa non est requirita; l. nulla libertas est
in Veprobis ad gloriam consequendos: ergo efficax electio ad gloriam ex pro-
visione meritorum in Deo stabilenda est: ergo H.

88

Hoc argumentum vixit
rursum

simè premit asserentes electionis antecedentis esse necessariam, ut homines vitam æternam obtinere possint: neque pondus eius excutunt affirmati-
 rei efficacem illam electionis tantum esse necessariam ad modum operationis
 magis consentaneam Divina perfectioni, non autem ut homines plenam
 habeant sufficientem agendi salutarem, et in gratiam perseverandi;
 nam, ut dicitur in *Aug. 5. vob. 5.* licet ex parte Dei concedi possit an-
 tecedens aliqua voluntas, qualis illa generalis, et vera valuit omnium
 hominum, de qua *Aug. 2.* vel etiam simplex complacencia, cuiusmodi
 videtur innui per ipsammet auxiliorum gratia collationem; ac venio simpli-
 citèr efficax electio ad vitam æternam ante prævia merita, quomodocum-
 que reueratur necessaria, libertati nocet: ac per consequens vim huius
 argumenti non effugiant Auctores isti.

Nilominus Thomista plur- 80
 res, et Scotus non pauci respondent cum vulgari distinctione versus com-
 positi, et divisi, aientes, eundem utique non habuisse omnia, que requi-
 rantur ad valorem operationis antecedentis in sensu composito reprobationis
 negativæ, hoc in presenti sumitur pro carentiâ prædestinationis aut
 electionis; non autem, ut frequenter erig' accidit, pro decreto positivo
 excludendi a gloria tanquam a beneficio indebito; habuisse tamen omnia
 requirita pro valore consequendâ in sensu diviso reprobationis ejusdem,
 id est, in sensu diviso carentiâ prædestinationis, l. electionis ad gloriam.
 Quod, inquiunt illi, gloriæ sufficit ut Judas sicut de quovis alio repro-
 bo verbandi verè habuerit omnia, que requiruntur ad liberam fidei
 perseverantiam, et æternæ vitæ consecutionem.

Sed contra; quia ne Calvi- 81
 nista quidem insipienter hujusmodi libertatem quære conditionalis, et om-
 nino remotam, et ex argumentis nostris constat esse, quæ advenit hoc
 voluntio. Et præterea videtur ex eo, quod nemo libere possit operari per
 severantiam in sensu diviso, quo sine libertate caret, quemque libertate
 suâ nequit atsequi; sed iuxta contrarium Judas caruit sensu diviso re-
 probationis negativæ, l. im prædestinationis, et aliunde propria sua libe-
 tate non potuit sensu illo diviso obtinere: ergo Judas in oppositâ senten-

trā, et secundū hanc ejus expositionē, erat impotens operari libere pen-
siveantig finalē, et electiois suam impetrare. Ratio est recta, et mi-
nor in principij adversariory innegabilis, cy apud ipsos efficax electio ad
gloriam antecedit omne meritū nostrū, adeo ut pro nostra libertate nulla
tenus obtineri, l. impetrari valeat, ut pote quo pro solā libertate Di-
vina decernitur. Major ex terminū eisdem apparet, ac insuper
ex dictis num. 86. facile monstrabitur à volente diciturū ibi factum
hūc etiā applicare; mihi namque, ni magnoq̄ fallor, convinceri
existimari meretur.

31

Uterius adhuc robur hujus syllogismi firmar-
tur et inclaretur exemplo: Deus enim ipse non aliter libere potuit
impetrari Verbo finalē pensiveantig et saluti operam in sensu Divi-
so negatio Reprobationis, nisi quatenus libere potuit facere (tamen si
libere non fecerit) sensum illi Divinum: ergo si Veritas erat impotens
à se dividere negativam Reprobationis, sive carentig antecedenti elec-
tionis, et insuper ei refragando non potuit cy ipse componere pensive-
antig finalē utique nec in sensu Diviso, nec in sensu composito verē
potens erat asequi vitę operig. Ergo non libere, sed necessario damnar-
tur mixtus quisque Reprobis, ut pote cui proximi impossibilis est tam sen-
sus Divini, quę compositus, cy ab eo neuter fieri valeat. Rectius itaque
nobiscy aueretur Veritas, et alium quemlibet Reprobis in sensu com-
posito non electionis antecedenti potuisse libere pensiveantig finalitē, et
impetrare predestinationis, aut Electionis absolute provisā merita conse-
quens.

32

Hic etig adduci possent multa, quo vopē citata disp. 2. produ-
ximus ad stabilendam veritatem Dei, et quantū est ex parte ipsius effi-
cacem voluntatis voluntatis salutis omnium hominum; quā ipse illa volun-
tas, vti Divina, nequeat non esse sincerissima, aliunde que sit universalis,
et quoad collationis auxiliory gratiā sufficientis ad gloris consecutionis sit
etiā efficax, neque nare videtur, quod non obtineat effectus aliquando
valentem, aut in aliquibus. Quod certe si contingeret, felices illi homines
electi forent absque vllā electionis precedente, quo merita absoluta non

attendet. His adde, veritatem oppositam, Divinae bonitati, nec non
iustitiae, contrariis apparet. Studium quoque procomendandi quietatem
in hominibus extinguere, l. salis refrigerare; quandoquidem etiam nemo
conversus illos ad Evangelij regulas effingere, quicumque tamen eorum
fuerint electi sine bonorum operum provisione damnari nequeunt, uti
nec salvandi, qui vobis antecedente illa electione non comprehenduntur.

Sectio 6^a Solvuntur argumenta contraria

Quem admodum exhibui separatum probationes ab Authoritate desumptas, et à ratione petitas: ita nunc in proponendis ac exponendis adversus sententiam fundamentis, alia sejungam ab alijs. Notitia quomodo sic arguunt ex verbis Christi Domini Lucæ 12: notite timere quia nullus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum. In quibus, alunt, Salvator noster de efficaci Predestinatorij electione loquitur; ad solos enim Predestinatos sibi servorum haberi manifestè denotat illa compellatio quia nullus grex, scilicet, ob comparationem majoris numeri Regnorum, ut exponit Beda lib. 4. cap. 4. Quod etiam sequuntur illi de Electione ad gloriam agatur agente constat ex illa voce Regni, quia sola beatitudo conveni potest illa denominatione digna, nimirum absolute nuncupari Regnum. Denique quod efficax illa electio ad vitam eternam antecedit absolute pro vita merita clarissime patet (inquiunt) à eo Latui; nam quando Deus intuitu meritorum operatur, nomen Latui non assumit, sed iudicis iuxta notitiam illius Apostoli 2. ad Timotheum cap. 4, in rebus lignis reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die vivus iudex.

Hactenus quot quot ego viderim adversariorum condensationes, et expositiones proferri textum, ut cum sibi favere probent, et ut vero mihi multa ultra proferantur huius reflexiones omnino nihil evincunt, sed ex multiplici solida responsione contabuit. Imprimis ergo post aliquos dies, Christum sibi non solos allocutus esse Predestinator; tunc enim

* *luciano*

est recte notant Auctoritas ista iudas etiam intensus reliqui discipulis. Et propterea communis inter Scripturas ^{Expositores} opinio tenet Christy Domini illis verbis locutus esse toti Ecclesie, proinde que simplicem potius complacentiam impetrandi gloriam innuisse, quam voluntatem efficacem. Dico secundo ex candidissimo Bibliothary Intergrese Patre Barrobas, Christy eo loco non esse locutus de Regno Coelorum, sed unice de Regno Ecclesie, in quo Discipuli, et postea in Apostoli futuri erant Reges, et spirituali dominio regnaturi. Unde predictus textus ad antecedentia verba relatus, ita sumendus est, ac si Christus diceret, nihil est vobis metuendum, quia si Patre vester Coelstus hoc Regno spirituali vos donaverit, utique temporalia vita conservanda necessaria largivissime tribuet.

35

Dico tertio ex alijs multis Expositoribus, memorata verba posse quidem intelligi de Regno Coelstus, non autem in se ipso formaliter, sed in nomine tanty, sive de Destinatione, l. electione ad gratiam, et finalem in ea perseverantiam. Denique dico, quod eto testimonij illud accipiat de gloria formaliter in se ipsa, nihil inde sequitur quod nostrae conclusioni noceat; quia Christus Dominus ibi minime loquitur de voluntate antecedente, sive de voluntate dandi gloriam ante provisa merita; quandoquidem verbis immediate procedentibus ea, quo nobis obijciuntur, ita dixerat, quoniam quoniam Regnum Dei, et hoc omnia adjuventur vobis, quasi diceret, satagite per bona opera vitam aeternam assequi, versando scilicet gratiam vobis impetitam, promittendo que finalem in illa perseverantiam: et ad vitam, atque veritatem requisita, tanquam promissum accidentale, l. additionale vobis abunde conferentur.

36

Neque proterendum est omnino quod reflexiones, quibus adversarij conantur hunc textum in suo sententia subdium pertrahere, gratis, et arbitrariè, imò non omnes bona fide, fieri videantur, siquidem expositio Venerabilis Dediti manca producitur; verbi enim allegati, addit illic, vel potius ob humilitati devotionis, ubi per se potius posterioris hunc sensum anteponeat qui

ni. Redderique rationis huius, ita pergit, quia videlicet Ecclesiam suam quantalibet numerositate iam dilatam, tamen exque ad finem mundi humilitate vult crescere, et ad promissum Regni humilitate pervenire. Ex quibus aperte deducitur, ad mentem Pauli, Christum ibi sermonem habuisse non ad solos predestinatos, sed ad totam Ecclesiam, ut numero precedente diximus et alij. Et rursus hinc inferatur, Solum illis verbis locutus esse cum Clericis ad gratiam, quia, iuxta Venerabilem laudatum, ea toti direxit Ecclesie, quam proinde, dum expositionis vitam orditur, quilibet gregem Clericorum appellat: quod certe nequit intelligi de Clericis ad gloriam, quia non omnes Ecclesiam ingressi solum etiam ingrediuntur.

Secunda reflectio non minus voluntaria, neque magis efficax est; quandoquidem ut ait Gregorius Magnus homil. 12. in Evangelia, Sciendum nobis est, quod sope in sacro Loquio Regnum Caelorum proventu temporis Ecclesia dicitur: ergo Donatus non solum audacter, sed et falso pronunciat, sola gloria nomen Regni absolute meretur, cum oppositum sentiat, et expresse doceat Venerabilissimus Donatifer. Postrema reflectio oque debilis, et frivola est ac antecedente; quia Deus ex merito gloriam elargiendo munus obit Patri, et quod amantissimi: nam quos per vocationem ad gratiam filios adoptavit, per Electionem ad gloriam in hac adoptione veros efficit. Et quoniam in gloria sic impartienda (videlicet intuitu meritorum) se gerat ut Iustus Iudex, non ideo desinit Patri agere ^{ad} summum; quod quod enim ex suppositione prout indebita proficit, simplicitate, et si non omnino, gratuitum est. Vide dicta disp. 3. a num. 7.

Arguunt secundo ex Apostolo ad Romanos 8. vimus autem quoniam diligentibus Deo, omnia cooperantur in bonum ipsi, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Ex quibus inferunt contraxi, quod, ad mentem Pauli, non universim omnibus Deum amantibus omnia cooperantur in bonum, sed illis duratissimis, qui iuxta liberale decretum Divino voluntatis ad gloriam vocati, et predestinati sunt; non enim quot quot hic, et ratione Deo bene diligunt, predestinati sunt.

merantur: ergo predestinatio, i. electio ad gloriam est unice secundum
Dei propositi, et nullo modo, secundum propria merita Predestina-
tionis, aut Electionis: ergo prorsus antecedens, et nullatenus consequens
est.

33

Hoc etiam argumentum facile solvitur, et multipliciter; imprimis
enim respondere poterit negando, quod Apostolus ibi de proposito Dei
volens attingente Predestinatos agit, ut ex ipso contextu manifeste con-
stat, cum loquitur de proposito respiciente iustificatos omnes. Unde irqui-
dem collineabat, ut fideles tunc Domum incolentes ad patientiam in-
ferendi persecutionibus confirmaret: proptereaque cunctos illos tunc esse
iustos, et sanctos innuit à versiculo 15.; nè tamen ideo quisquam eorum
incantè caderet, se se Cælesti hereditate iam esse securos eo quod
heredes, et filij Dei compellati fuerint omnes, ibidem versic. 17. sub-
dit, si tamen compatimur, ut et conglorificemur: veluti diceret,
hereditatem Regni Cælestis unquam promissam esse, sub conditione tamen
patientis, tolerantis, mansuetudinis, aliorumque bonorum operum.

100

Quia
que motiva proponit, ut illos ad conditionem hanc explorandam efficaci-
ter inclinaret; primo namque patientiam, et excellentiæ oreario feli-
citatù extollit, respectu cuius quocumque, quantumvis aspera, et
amara tribulatio, levis ac levissima censeri debet, ut potè prorsus in-
equatis, et insufficientis ad bonum adeo, grande promovendum: itaque versic.
18. sic ait, exiguus enim quod non sunt condigno passionis huius tem-
poris ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis. Secundo movet
et hortatur ad sustinendas cruciatus. ex spe certâ superni iuvami-
nis; Deus enim patienti pro iustitiâ calamitates opem indubitato feret,
paxemque tolerantibus laboribus reddet imbecillitatis humanam; ac providè
versic. 26. dicit, ex spiritu adjuvat infirmitates nostras, nam quid oremus
sicut oportet nescimus; sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus
inexpressabilibus. Tandem exponit utilitatem à patientiâ proventuram,
inquiens, tribulationis omni cooperari in bonum illi, qui Deum amat: illi,
inquam, qui secundum propositi gratia videlicet Dei beneplaciti, vocati

nunt ad fidem, gratia, et sanctimoniam.

Hoc Dei propositum tam
 in presenti, quam alibi saepe opponitur à Divo Paulo familiari
 tunc illudorum erroribus tribuentibus operibus legi hanc vocacionem et gra-
 tiam, ut advenit Gregorius Interpres Latina Cornelius à Lapide, cu-
 jus est nunc praeserta memoriae textus expositio. Ceterum igitur, et om-
 nino tenendum, est, non secundum opera nostra Deum largiri no-
 bis hanc suam gratiam, sed unice secundum, gratuitam ipsius volun-
 tatem, et liberale propositum illam erogare, pro ut expresse dicitur 2.
 ad Thimotheum cap. 1. qui nos liberalavit, et vocavit (vocatione sua) san-
 ctam, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et grati-
 am, quo data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia. Ce-
 rum et si vocatio, seu prima gratia pendeat ab arbitrio Divino tantum,
 adeo ut ea donati nullo titulo sibi possint illam ascribere; non tamen
 inde sequitur, quod etiam electio ad gloriam à merito nostro inde-
 pendentem ascribenda sit. Adde quod iuxta fluxum et secundum propositum in
 obiecto Pauli testimonio, solum invenit, aut significat, homines in tem-
 pore vocari, justificari, et beatificari cum omnibus illis circumstantiis,
 ea quae merentur gratiam, atque gloriam, quas Deus in sermone suo pro-
 pterio decrevit.

Secundo respondenti potest, Dei propositum in phrase Lau-
 li denotare voluntatem conferendi auxilia efficaciam: quam utique
 voluntatem in Deo praedeterminativam esse, iuxta Divum Augustinum
 aperte constat ex definitione, seu descriptione Praedestinationis, quae
 ex ipso dedimus de 1. 5. num. 28. Non quoque fatemur huius mo-
 di voluntatem esse praedeterminativam, coeque inficiamur, quod ex illa nec-
 esse, licet etiam illatenus inferatur efficax Dei decretum glorificandi quos-
 dam, et non alios antecedere provisionem absolutam operum in tempore
 futurorum. Denique potest responderi permittendo, et sane conceden-
 do, quod in sensu Pauli propositum Dei sit voluntas praedeterminativa; ne-
 gando tamen, quod ejusmodi propositum, sive voluntas Dei, non suppo-
 nat absolutam provisionem merita, quandoquidem ibi ne verby excedit argo-

103

colo, quo, l. apparenter efficax antecedens illa voluntas, à contrari-
 j. assensu, significetur.

Argument tertio ex eadem Epist. ad Rom. cap.
 I. ubi Paulus de gemelli fratribus Jacob, et Crai sic ait, cum enim
 " non dum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (et secun-
 " dum electionis propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante
 " dictum est ei. Quia, major rexitet minori, sicut venigty est: Jacob
 " dilexi, Crai autē odio habui. Super quae verba sanctus Augusti-
 " nus lib. 2. contra duas Epist. Pelagianorum ~~propagandissimum~~ cap. 7. prope
 " finem inquit, propter quod profecto deliquit, qui dicente veritate,
 " non ex operibus, sed ex vocante dictus est, eos dicere ex futuris operi-
 " bus, quos Deum illum facturum esse praescribat, Jacob fratre dilectum.
 Ex quibus manifeste patet, electionis ad gloriam (de qua Paulus, et
 Augustinus in testimonijs nunc productis evidenter agunt) omnino
 gratuitam, et absolute provia merita procedens esse: ergo &c.

104

Respon-
 deo primo, sensum Literalem huius Apostolici textus referri voly
 ad electionis, et Reprobationis quoad bona temporalia, terrenam ve
 felicitatē: in qua centē Jacob, et i nati minor Crai fratri suo ma-
 jori praelatus est. Regnum enim quod jui primogenituro deserebat
 posteris Crai, datus est nepotibus Jacob, qui tandem ipsi etiam Beau-
 moi ab Crai progeniti impetrarunt, ut habetur 2. Regum cap. 8:
 et posuit in duos custodes, statuitque provisorium: et facta est unives-
sa Beumoia serviens David. Id praeterea liquet ex cap. 1. Malachio
 (unde sententiam illam deproponit Apostolus) non ne frater erat Crai
 Jacob, dicit Dominus, et dilexi Jacob, Crai autē odio habui? Et posui
montes ejus in solitudinem, et hereditatem ejus in Dracones deserti? Quae
 vanae verba de malis temporalibus expresse loquuntur, et ea sola de-
 nunciant Crai, in quem, et posteritatem similes alio mine jaetarunt
 ibidem.

105

Nec obstat, quod in utroque textu, Malachio nimirum, et Apo-
 stolice dicitur, Crai autē odio habui. Nichil, inquit, obest, idem enim utrobique
 nunciat

amorem pro minori gratia, i. amore. Ut igitur Dionysius illa locutio,
 quia cum hebraica lingua non habeat comparativa, minoris dilectionis
 exprimit per odium, imò et per non esse, quòd estò nequã sit, longè tamen
 inferius et alio cui comparatur; quò patent ex 2. Genesi, ubi, videns
autè Dominus quòd despiceret Liam, ut haberet in vulgata, sic in ho-
 braico textu legitur, videns autè Dominus, quòd Lia odio haberetur, id
 est (apud omnes) minus à marito Jacob amaretur, quò uxor altera Ra-
 chel. Sic etiàm in Evangelio Lucò 14. dicitur, si quis venit ad me, et
non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et fratres, et sor-
nes, adhuc autè, et animam suam: non potest meus discipulus. Quo certe Fuit
 solum innuitur, Petrus, Mattheus, filios, atque fratres &c. minus esse diligendos,
 quàm Christum ab eo, qui discipulatus ejus ambit. Similiter 1. ad
Corinthios cap. 3. neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui
incrementum dat Deus, minime significat omnino nihil esse, seu facere,
 qui plantat et rigat, sed quasi pro nichilo reputandum, seu parvi genden-
 dum esse, si Deo totum incrementum proberenti conferatur.

Quasi, inquit, 108
 illud Evai autè odio habui nihil officere dicitis antea; nam ut ait Aur-
gustinus lib. 1. ad Simplicianum quest. 2. verum finem: non --- odit De-
us Evai hominem, sed odit Deus Evai peccatorem: ibidemque pro-
pe medium dixerat, noluit ergo Evai, et non curavit, sed et si curavo-
lisset, et curavisset, Dei adiutorio pervenisset, qui ei etiàm velle, et
curare vocando proutaret, nisi vocatione contempnita Regibus ferret.
 Undè perspicuum est, non aliam esse rationem odij Divini, nisi malitiam
 humanam. Imò, quòd ex parte bonitatis, et misericordie Dei nihil de-
 fuerit ad conversionem tam Judorum, quàm aliorum omnium Regum
 ex innumera Venustate Sacra testimoniij apparet evidens: in specimen,
Evai 5.º cum per similitudinem Agricolo vineam diligentissimè colen-
ti de beneficij à se Judaico populo collati meminerat, sedam illorum
iniquitatis exprobat, egregiamque sui pietatis, ita conquestus,
indicat, nunc ergo habitatorum Jerusalem, et vini Juda iudicare inter-
me, et vineam meam. Quid est quòd ultra debui facere vineas meas, et

non feci ei?

Longè tamen expreſſius, et emphate, multo majori bonitate hanc inefabilem exprimit Matthæi 23. ubi poſtequè Chriſtus Dominus in ~~ſequenti~~ ſequentiſſima Scribarum, et Phariſæorum ſermonem inſectus eſt, in hoc tandem dulciſſima verba prorupit, quod vobis volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, et noluit? Quibus ibidem adiecit alia non minus formidanda, nè ſcilicet quidquam illi conſentendi aptum aut idoneum omitteret. Omnes ergo qui perierunt, non odio Dei, ſed culpa ſua perierunt: itaque non eſt illis aqua, cy Deo expoſtulatione de ſua reprobatione, veu non pro electione; non ideo damnati ſunt, quia Deus illos odio habuit, ſed potius ideo Deus illos odit, quia damnari voluerunt, cy, ut ait Apoſtolus ad Rom. 10, nulla ſit aqua Deum diſtinctio Iudæi, et Græci (reprobi nimirum, et electi): nam idem Dominus omnium, dives in omnem, qui invocant illeum. Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Quod proſpecto verum eſſe non poſſet quoad voluntatem erogandi gloriam uni verſu tum Iudæis, tum Græcis, ſi Deus aliquos eligeret, alij rejecti, aut proterviſſi, ante præſentia merita.

Secundo iam ad argumentum reſpondeo Paulum in præſato teſtimonio loqui, non de electione ad gloriam, ſed ad fidem, veu gratiam, que ſine dubio ſoli miſericordia Dei, non autem operibus noſtris debetur. Conſtat hoc ex totius contextu capituli allegati, nec non aliorum ejuſdem epistoſe. Conſtat etiam ex Auguſtino iam citato lib. 1. ad Simplicianum quor. 2. paulo poſt initium, ubi ſic inquit, et primo intentione Apoſtoli, que per totam Epistoſam viget, tenebo, quam conſulam. Hoc eſt autem, ut de operum meritis nemo gloriatur, de quibus audebant Iſraëlitæ gloriari, quod dato vobis legi ſervirent, et ex hoc Evangelicam gratiam tanquàm debita meriti ſuis perreperirent, quia legi ſerviebant, unde volebant eandem gratiam dari gentibus tanquàm indignis nisi Iudaica Sacramenta diſciſſerent. Quæ octa quarto in Apoſtoloſum verbis voluitur.

Non enim intelligebant, quia eo ipso, quod gratia est Evangelica, in operibus non debetur. Uloquin gratia iam non est gratia. ”

Scopus 169

Apostoli clarissime monstratur huius Augustini verbis eo nimirum intendisse totam hanc epistolam ut persuaderet omnibus maxime Iudeis vocationem ad fidem, sive gratiam gratiam ex mera liberalitate Dei, non ex operibus nostris esse. Latet etiam ex ipso Apostoli a mentione texens felicitatis absque demeritis excepto posterius Crati, et sine merito ex solo Dei proposito delata posterius Jacobi gratiam accuratè facere ad vocationem Gentilium, qui pro Iudeis ad fidem Christianam electi fuerunt; quemadmodum enim Jacob nullo precedente merito suo, sibi negotiorumque positum est texta promissionis, inde propulsi antiquis eius incolis: ita sine merito Gentiles ad fidem Christi mirabiliter vocati, et electi sunt, ac in ea justificati: ergo Paulus in textu nobis obiecto non agit de electione ad gloriam, sed de vocatione tantum ad fidem, seu primam gratiam, prosequitur sacrificantem.

Nobis avertitur Conditionismus, 170

in sex Sacros Expositiones Cornelius à Lapide, qui relata quinque Sanctorum Patrum, et aliorum interpretationes versic. 16. dicti capituli D., nempe, non volenti, neque currenti, sed miseranti est Dei, sic ait: venit ex dictis patet, omnes hae expositiones directè non tangere Verbum, et sensum Sancti Pauli. Non enim ipse hic disputat de causâ boni operis, neque etiam de predestinatione ad gloriam, sed ad gratiam congruam, sed disputat de Iustitiâ, et gratiâ justificante, quomodo videt ea nobis obveniat, an à nostrâ bonâ voluntate, et conatu, an vero à gratiâ, et misericordia Dei? Et quibusdam interjectis, expositionis citati veniculi concludens ex propria mente, subiungit: adde, to miseranti opponi to volenti, et currenti, scilicet omnibus naturis, et suis, non vero opponi volenti, et currenti omnibus gratiâ, et misericordis Dei, sed potius illud includere, aut presupponere.

Et hinc ratio ex alijs ad argumenta respondet, quod si permittatur
 Apostolum in textu memorato precipere loqui de electione ad glo-
 riam: dum inquit non ex operibus, intelligendum est excludere tan-
 tum opera naturae viribus elicitā; non autē opera, quae simul ex
 gratiā procedunt, ut pote quae proprie sunt ex vocante; quia nisi
 Deus vocaret, et auxilijs gratiā iuvaret, nemo talia posset, aut fa-
 ceret opera: aliordē nemo vibi, viiue merito imputare valet vo-
 cationis Divinam, omnino gratuitam, et à volū liberata Dei libera-
 litate pendens: exō jure merito docet Apostolus, electionis etiā ad glo-
 riam, esse non ex operibus, sed ex vocante; nam ut ait Augustinus
 „ ubi supra laudatus: at enim quia non procedit voluntas bona voca-
 „ tionis, sed vocatio bonae voluntatis, propterea vocanti Deo recte tribui-
 „ tur, quod bene volumus, nobis vero tribui non potest, quod vocamus

nium hūc insurgit Lonetus, et solita subtilitate plura mirè dicti oppo-
 nit auctoritate; nam imprimis ait (sup. l. de causis Exdestinationis
 num. 11.) quod si Dicitur Paulus ibi velle excludere opera viribus na-
 turae producta, non venio, quae providentur etiā à gratiā procedere,
 non fieret electio ex vocante et miscente Deo, nec secundu propo-
 sity Dei, sed ex operibus, et secundu proposity hominy. Deordē sub-
 dit ingeniosè: facilis esset solutio hujus questionis, quatenus Deus ele-
xit Jacob, et non Esau; quia nimirum dici posset, hoc ideo esse, quia
in sterilitate providit opera Jacob facta in gratiā, et non opera Esau.
 „ Unde tandem pari concludit acumine: et ita non oportuisset Laur-
 „ um exclamare, et dicere hanc questionem esse investigabilem, et re-
 „ ducendam ad volam voluntatē, et misericordiam Dei, nam potest
 „ facile reduci ad differentiam operum.

Sed oleum, et operam perdidit
 in reflexionibus huic formandis via accutus; quia licet illas operose
 digesserit: at in quā plū oqis ve simulat impensy, aut inscium doc-
 trina Societatis, et Augustini, qui loco proxime citato, sic ait: non
 igitur ideo dicty est pūbandy, non volenti neque currenti, sed mi-

123
venienti est. Dei; quia nisi ejus adiutoria non possumus adire quod
volumus, sed deo potius, quia nisi ejus vocatione non volumus.
Cum ergo iuxta nos opera salutaria procedant à Divina gra-
tia, tamen simul eliciantur ab arbitrio nostro, sunt ex vocante
et miserente Deo; quia nisi misericorditer vocaret, liberaliter
que collata gratia sua juvaret, ejusmodi opera nullatenus ab arbitrio
nostro fieri possent, quae proinde vocanti, et miserenti Deo precipue tri-
buenda sunt: ac per consequens etiam electio ad gloriam, licet absolu-
tam eorum providentia subsequatur.

114
Igitur tam opera salutaria, quam
ex ejus absolute provisa electio ad gloriam sunt à vocante, et miserente
Deo: atque adeo secundum propositum ejus; nam ut ait Augustinus ubi
nuper laudatus: nullus Deus frustra miseretur: cuius autem mise-
rentia, sic eum vocat quomodo scit ei congruere, ut vocanti non
resquat. Haec dicta sunt ex suppositione quod Apostoli verba suman-
tur de Electione ad gloriam, ubi geminum est num. 111.; de cetero
namque iudicio Pauli ubi locutus est de vocatione ad fidem, et primum
gratia ut abunde constat à numero 108. Imo constat ex ipso met-
Apostolo, quod in allegata Epistola nequaquam intendit exponere
modum electionis formalis ad gloriam, sed de illa tractare, vel potius de
electione ad fidem, et gratiam, à quibus, fide nimirum et gratia, possunt
homines excidere, seu deficere: non ita tamen ab electione ad glo-
riam. Igitur ubi cap. 11. sic inquit: vide ergo bonitatem, et reverentiam Dei
in eos quidem, qui ceciderunt reverentiam: in te autem bonitatem Dei, si per
maneris in bonitate alioquin excideris. Sed et illi si non perseveraverint
in incredulitate invenerunt: potens est enim Deus iterum inverere illos. Et
post alia in eundem collimantia vocum exclamatur: O altitudinis
sapientiae, et scientiae Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia
eius, et investigabiles vias eius! Abscondit ergo mysterium scientiae Divinae,
quod Apostolo utroque incunt, et mixtam exclamare coegit, est incauta-
bilis occultaque varietas gratiarum, et vocationum, quibus alij consentiunt,
obstant alij, sed quas nemo sibi promereri valet. Certissimum enim est,

vocatione ad fidem et gratia gratuita merita sive natural, sive gratis
nullo modo supponere: non illa, quia gratia naturalis vniuersi obventa
non est supernaturalis: nec item ista, ne alioquin vocatio memorata
non esset prima gratia.

116

Ad secundam Sonei reflexionem: doleo Magistro
aliquid perspicacem in illa concinnanda se quodammodo lusciosum ex-
hibere; quia si facultas enodandi questionem, cui Deus elegit Jacob
et non Esau, quae in sententia nostra sagacissime detexit, adeo diu-
na reputari meretur: quo nota sententia interroganda operatio sua,
in qua, vel etiam lippientibus obuia est equalis, imo maior, questi-
onis illam solvendi facultas? Si namque sic inquirenti, statim (iux-
ta nostram opinionem ait ipse) diceretur, hoc ideo esse, quia in dilectione
providit opera Jacob facta in gratia, et non opera Esau. Idem interro-
ganti (respondam ego secundum principia Thomistarum) illico diceretur
hoc ideo esse, quia Deus est supremus Dominus, ad nutum eligens, et
quo libito reprobandus. Et cum reliqua questionis profecto nihil aliud respon-
deant aduersarij, comparari, ne maiori dicam, facilitate volentium in eorum
principij, ac in nostris: immentito prorsus nobis obediunt ut absurda
facili enodatio difficillima questionis.

116

Nunc ergo, vel vrbidialis hoc retri-
tio Sonei latuit, vel verus? Primum sane sibi persuadebunt eius Auctores,
nimium oculatissimo celari Magistro, quod nemini, ni plane esse, non
patet aperire. Si vero verum: quo consilio nostras sententias velut onus
imponere tentat, quod in suam duplicato pondere relabitur? Profecto,
quancumque Soneus a sequacibus Doctorum Cypreatus optime correla-
metur, sed vultis ut plucimus hastas anteponat: gammam siquidem abiec-
ta, quae forte passer hostiles ictus elidere, tela vrbidinde vibrat, quod ta-
men iaculatorum ipsum illosi omnino contrarij, transfigunt, et con-
fundunt. Quod impresentiarum ei contigisse manifestum est ex dictis.

117

Aliena
utique nos, ac aduersarij respondemus questionis memoratae dicentes, cau-
sam meritorij electionis ad gloriam ex misericorditer impartita Dei gra-

liberaque cooperatione nostra coalescere, in quo sane complexa
 mirandè in modò emicat abditudo disitianiùm sapientis, et scientis Dei:
 pateriam si modò vocationis diversissimi, et vndequaque stupendi, nec
 non actuali claritate gratia congruis pendantur. Nam, ut inquit
 Augustinus ubi supra laudatus: verum et ergo, multi vocati, pauci vero
electi. Illi enim electi, qui congruentem vocati
 illi autè qui non congruebant neque contempserantur vocationi,
 non electi, quia non secuti quantivocati. Verum verum est, non
 lerari, neque currenti, sed miserenti est Dei: quia etiam si mul-
 tos vocet, eorum tamen miserentia, quos ita vocat, quomodo ei vocat
 si apti et, ut sequantur. Falsum est autè si quis dicit, igitur non
 miserentis, sed volenti atque currenti et hominibus: quia nul-
 lius Deus frustra miserentia: cuius autè miserentia, sic eum vocat
 quomodo vult ei congruere, ut vocante non resistat. Nuper expressa
 doctrina nostra à illudè firmatur in Augustini verbis, quæ paxi
 claritate doctrinæ de prædeterminante gratiâ debellat, ut ea serio
 nelegenti perspicuus erit.

Jam ergo pro solutione questionis illius quæ
re nimirum Deus elegerit Jacob, et non Esau; 118
 Gonetius et Thomista
 recurrunt ad prædeterminantem Dei voluntatem supremamque domi-
 nium. In quo certè recursum, non solum transcripto nomine Augustini
 testimonio videntur adversari, sed etiam, et agentium Doctorum Venar
 phico in 1.º. dist. 4.º. art. 1.º. quor. 2.º. sic aienti: sed cur ergo est,
 nè dum voluntas Dei magnificare volumus, potius voluntati epu
 derogemus: vi enim non esset alia ratio quare Deus istum elegit, et illy
 non, nisi quia placet, certè iam non occulta pcedentia Divina
 iudicia, sed manifesta, cum quilibet hanc rationis capiat, nec dice-
 rentur mirabilia, sed potius voluntaria. Et propter hoc est dicent
 dy quod propositus illud dixerit sicut dicit Augustinus, et habetur
 in littera (videlicet Magistri Sententiarum), et voluntas illa est ratio-
 nabilissima, et rationis habet, et sicut ab eterno fuit, ab eterno
 rationem habuit, non aliam propter essentiam, sed propter cons-

Arbitrabitur forsam aliqui ob argumenti merita responsione huc-
 usque protentam esse, vel etiam in honore Coneti, cuius egregia refle-
 xiones, ~~non~~ ut nunquam voluntaria. Verum ut ingenue loquar, non ita
 contigit, quia nec argumentis, est prociquis accensendum, id effugiat:
 neque de Coneto meminissim, nisi toties huiusmodi labores eius in pu-
 blicum afferrentur. Tot ergo solutiones adhibui, et in illis expenden-
 di ac roborandi institi, quia fere cunctas contrariorum objectiones in
 auctoritate Scripturae praesertim, et Augustini fundatam eventant,
 quas proinde non oportet singillatim hic exhibere. Monere tamen
 opere prout et cum Celsitissimo nostro Dionisio Letario, quod et si
 doctrina Sancti Augustini de electione ad gratiam, approbata fuerit
 à Summis Pontificibus Leone, Gelasio, et Liximo; nihil autem de
 electione ad gloriam attigerunt ut haberetur in Capitolio Coletini Pon-
 tificis ad Episcopos Galles.

Insuper existimo monendum esse, quod li-
 cet plurimi sententia nostra Latroni Divum Augustinum allegent
 et indubitatum illius auctorem, et ad inveniendum subdendum innumera
 et Sancti Doctoris effata studiose congerant, ut videri potest apud Emi-
 nentissimum Sforzati. Nihilominus (audide fateor) ego non audeo
 plane dicere, quod Augustinus illam expresse docuerit; attamen in-
 cunctanter affirmo, quod eque faret, immo magis opinioni nostrae, quae
 opposita: me quae non leviter hoc proferre monstrant, et abunde pro-
 bant eundem Sancti Doctoris Auctoritates adducta praesertim à
 num. 38. usque ad 43: in quibus ita clare pro sententia nostra
 loquitur, ut nullibi pro contraria statum aliquid protulisse depre-
 hendetur; quantumcumque tibi proluere Sancti Doctoris ad ven-
 rarij dociferentur.

Sectio 7^a

Alia contrariorum argumenta voluntaria.

Arguunt quarto: Divus Augustinus de Gratia, et Libero arbitrio
 cap. 9. super illud Apostoli ad Rom. 9. gratia autem Dei, vita aeterna
 in

in Christo Iesu Domino nostro. sic ait: cy quis dixisset ut ignem „
peccati nonis. Merito enim utrigendum, quia militis Diabolico non „
 merita tanquq debity redditur. Ubi cy posset dicere utrigendy au „
 tem iustitia vita eterna: maluit dicere: gratia autq Dei vita eter „
 na: et hinc intelligeremus, non pro meritis nostris Deus nos ad „
 vitq eternam, sed pro sua miseratione deducere. Hoc Augusti „
 ni testimoniy adeo confidenter a quibusdam allegatur, ut non du „
 bitent annexere, nullq illis verbis interpretatione adhiberi posse, que „
 verisimilitera ea detorqueat a significatione predestinationis omni „
 no gratuita, quam in illis (aiunt) exprese docet Augustinus: expo.

Uij si fidelius agerent genuinus Augustinus verus exponerent, ut „
 ididem exponit igit, qui verbi nunc excerpti sua una interposita „
 linea subiungit, qui coronat te in miseratione, et misericordia: num „
 quid non corona bonis operibus redditur? Sed quia ipsa bona opera „
 ille in bonis operatur, de quo dicty est: Deus est enim qui operatur „
 in vobis, et velle, et operari pro bona voluntate, ideo dixit psalmus: „
 coronat te in miseratione, et misericordia: quia ejus miseratione „
 bona operamur, quibus corona redditur. Non enim, quia dixit, „
 Deus est enim, qui operatur in vobis, et velle, et operari pro bona „
 voluntate, ideo libery arbitary absolute putandus est. Quid si „
 ita esset, non superius dixisset: cum timore, et tremore certam „
 ignoxy salutis operamini. Quando enim iuxta ut operentur, libe „
 rum eorq conseruitur arbitary: sed ideo cy timore, et tremore: „
 ne sibi tribuendo quod bene operantur de bonis tanquq suis extol „
 lantur operibus. Ubi mentis suam ita clare manifestat Augustinus, „
 ut ad eam investigandq, et detegendq certe nulla vit opus expositione „
 vel interpretatione.

Argument quinto: Idem Augustinus lib. 5. contra „
 Juliany cap. 3. in illis Pauli ad Rom. 11. quis enim cognoscet rem „
 sum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prion dedit „
 illi, et retribuere ei? Pronunciat, nullq elegit digny, sed eligendo „

vita pro gratia. Sic eam appellat Augustinus ipse supra citato libro de gratia, et libero arbitrio cap. 2. inquit, accipiemus gratiam pro gratia, quando nobis vita aeterna reddetur, et eisdem libri cap. 7. dixerat, sed quia et ipsa bona opera nobis ex Deo vult, a quo nobis et fides est, et dilectio, propterea idem ipse Doctor Lentius etiam ipsam vitam aeternam gratiam nuncupavit.

Deinde cap. 8. memorati libri naturam ex antea dicti questionis instituit, nempe, quomodo vita aeterna sit merces et gratia; nam, ut ait Apostolus saepe laudata Epistola ad Rom. cap. 4. ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, et ibidem cap. 6. dicit, gratia autem Dei vita aeterna. Ad has igitur, et similes alias scripturae locutiones in se conciliandas, ad propositamque difficultatem enodandam, post plura (quae doctrinam Scholae nostrae de cooperatione arbitrii cum gratia manifeste continent) determinum ita quod pro se attinet intentioni, concludit, si vita bona nostra nihil aliud est, quam Dei gratia, sine dubio et vita aeterna, quae bono vita redditur, Dei gratia est: et ipsa enim gratia datur, quia gratia data est illa cui datur. Sed illa cui datur, tantummodo gratia est. Hoc autem quo illi datur, quoniam promissum eius est, gratia est pro gratia, tanquam merces pro iustitia, ut verum sit quoniam verum est, quia reddet unicuique Deum secundum opera eius.

Quae Concilii Tridentini sessione 6. cap. 16. sic ait: bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tanquam gratia filii Dei per Christum Verum misericorditer promissa, et tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, et meriti fideliter reddenda. Hoc est enim illa corona iustitiae, quam post suam certamen et cursum repositis sibi esse dicebat Apostolus a Iudice sibi reddendum: non solum autem sibi, sed et omnibus, qui diligunt advenitum eius. Ex quibus apparet vitam aeternam, et gratiam, et coronam iustitiae nuncupari: gratiam ratione principii a quo proficit: coronam vero iustitiae, quia bonis operibus ex Divina gratia profecti ut promissum redditur.

Hunc autem ut alia multa (quo brevitati causa reticebo) Sancti Augustini testimonia possint expedite solvi, notandum est primo, non uno sensu predestinationis accipi, nec ad idem omnino significandum ab illo semper usurpant; creberrimè enim ab ipso pro electione donorum gratia preparatione ponitur. Siquet hoc ex cap. 10. de Predestinatione Sanctorum, inter gratiam peccati et predestinationis (ait ibi) hoc tantum interest, quod predestinatio est gratia preparatio, gratia vero iam ipsa donatio. Et lib. 2. de bono peccati cap. 11. Predestinationem ita describit; hoc predestinatio Sanctorum, nihil est aliud, quam prociencia scilicet, et preparatio beneficiorum Dei quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Quandoque vero predestinatio sumitur à Sancto Doctore pro Electione ad gloriam, imò et pro deputatione ad pang. Sic lib. de Predestinatione Dei cap. 3. inquit, ex prociencia igitur offensiois, predestinatio emanavit ultionis, sicut ex prociencia virtutis predestinatio fieri solet remunerationis.

Neque potest hoc Augustini doctrina solum intelligi de ordine executivo, sed de utraque predestinatione loquatur, nullo, nè levisimo quidem, inter ipsarum indicato discrimine. Et questionem, quæ ibi paulo ante proposuerat, quomodo, videlicet, ponit esse peccati causa predestinationis, cum esset predestinatus antequam peccaret homo? Ita respondet, quia omnia antequam fiant, Deus quasi iam facta pertractat, et sive sint puniendæ, sive remunerandæ, in prociencia sua judicat. Et rursum infra subdit, quoniam enim predestinatio offensiois procienciat tempore, offensio tamen predestinationis procedit effectu. Nam predestinatio non fiet, nisi offensio futura esset: quam offensiois, qui procienciat esse, offensiois ultionis, ut dicitur Judex predestinavit. Hinc ultra dicitur predestinationis acceptiones, inferuntur, veu potius in relati Augustini verbis exprimitur, nec intentivè predestinationis antecedere prociencia merita; non enim aliter de predestinatione loquitur, quæ de reprobatone; nam equè de remunerandi, ac de puniendi Deum in prociencia sua judicare dicit annectens peccati effectu procedere reprobatorem,

licet hoc illud antecedit stannitae.

Non ignoro hunc Augustini librum ab Erasmo Rotterdamensi et alijs inter nostra sancti Doctoris opera reji; vix tamen quod plures longe doctores, ac in Augustini lectione versatissimi Theologi profatay opusculum probay, et legitimi annumeraverunt. Et sane rationes Erasmi despicabiles, ac omnino frivole sunt. Prima, quod nimis liber ille sit brevis; nam alij multo breviores habentur in tomo. II. qui nullam de sui legitimitate suspitionem alicui moventur. Secunda, quod contineat doctrinam Augustino manifestè contrariam; quia fallitur Erasmus, et amantissimus Lutherus decipere tentat; quandoquidem ubi docet Augustinus predestinationem fieri sine merito unice loquitur de preparatione gratiæ, quæ simpliciter ab ipso predestinatio nuncupatur et patet ex num. 128.: in preterito vero voly agit de predestinatione promij, seu remunerationis, quæ communiter à Theologis appellatur electio ad gloriam.

130

Secundo notandum est, quod etiam ordinatio reray naturalium in suos fines ab Augustino nominatur predestinatio non tamen absolute, sed cum addito allegationis, et contradistinguatur ab electione ad gloriam, et designatione ad penam, quæ cap. II. libri rursus allegati vocat predestinationem conditionis. Unde tertio notandum est, à Sancto Doctore volam gratiæ preparationem simpliciter appellari predestinationem; electionem autem ad gloriam ab ipso nuncupari predestinationem remunerationis. Notandum et quarto, predestinationem aliquando summi complete, quatenus et gratiæ preparationem amplectitur, atque transmissionem in gloriam: quandoque tanty incomplete, sive pro preparatione gratiæ, sive pro electione ad gloriam. Hoc (quod non grati inventa sunt, sed ex ignomet Augustino desumpta), si pro oculis habeantur factis vix quovismocunque verboray ejus expositio; nec non alioray Patray, qui simili varietate loquuntur: et interdum etiam antecedentem Dei voluntay valuti omnium hominay donant nomine predestinationis.

131

Arguunt verò: iuxta Divum Thomam 1^a part. quest. 23, art. 5. Nullus fuit ita insans mentis, qui diceret merita esse causam Divinæ predestinationis ex parte actus predestinantis: ergo merita nostra non antecedunt in provisione Dei predestinationem ad gloriam et coronam. Ex eodem Sancto Doctore rursus ibi, tunc art. 8, citato questionis; distingo antecedens: nullus fuit illi, qui diceret merita esse causam predestinationis, accepta generi entitatem, et substantiam, concedo antecedens: generi extrinsecam, et contingentem determinationis ejus, nego antecedens cum consequentiâ. Quis multiplici referatur instantiâ: primo siquidem instatur in decreto executivo predestinationis, quo dignus efficitur homo per opera meritoria. Secundo instatur in decreto reprobativo, tam intentivo iuxta plures, qui executivo secundo omnes. Instatur tertio in Divinâ voluntate multa misericorditer elangente beneficiâ propter Sanctorum orationes. Quarto instatur in ira Divinâ, quâ Deus ob actuale peccatum transactum iam, et proximitate, delinquentem privat habituali gratiâ. Quinto tandem instatur, quoniam aliter Deus ex uno decreto suo libere moveri non posset ad aliud, cum omnino repugnet essentiali Dei volitionis contingentem, et libere detur mirari quod existentiam in substantialem.

Facerent alia plura Doctoris Angelici testimonia speciosè nobis opponi posse; quo tamen ex nuper adducti instantij, et facti antea nostri equali speciositate voluntaria. Imo Divus Thomas pro sententiâ nostrâ probabiliter à quibusdam allegatur. Et tunc 3^a part. quest. 1^a art. 3^o ad 2^{um}. expresse dicit, quod predestinatio presupponit prescientiam futurorum. Verum hinc non inferitur, ait Conetus eam citatâ disp. 2^a num. 25, dependere predestinationem à provisione meritorum, et non potèe, gratuitam esse; nam Divus Thomas ibi loquitur de predestinatione Christi, qui docet supponere prescientiam futurorum. At inanem esse Coneti responsionem aperte constat ex ipso Sancto Doctore, qui verbis allatis, illico subiungit: et ideo sicut Deus predestinat valentem alicujus hominis per orationes aliorum implendam, ita etiam predestinavit

quo Incarnationis in remedijs humani peccati. Non autē ob hoc affirmabo Divum Thomam adeo clare docere nostram opinionem, ut de eius mente dubitare, sit in medijs veluti luce cacitate, ut equē levitē atque gloriante inquit ibi Socrates numero procedente sanctum Thomam pro sua sententiā producens.

Sectio 8a

Reliqua contrarij argumenta solvuntur.

Arguunt verissimo ratione, quam appellant fundamentalem: qui vult ordinatē, prius vult finem, quam velit mediā finem assequendi; sed Deus ordinatissime vult: prius ergo vult gloriā, quo finis est, quam opera nostra meritoria, quae sunt mediā consequendi gloriā. Major (inquiunt) lumine naturali nota videtur, propterea quae traditur à Philosopho 3.º Ethicorū cap. 6. De minori dubium esse nequit. Consequentia tandem est optima: ergo &c. Respondeo primo distinquendo majorem: qui vult ordinatē, prius vult finem aliquomodo, nimirum efficaciter, & ineffaciter; concedo majorem; efficaciter prole, nego majorem: et concessā minori, nego consequentiam. Deus enim vel proptōi elargitur mediā pro valuti ad eptione sufficientissima, et quidem ex intentione valorem ipsam operam illi exogandi, non ramen simpliciter efficaci, sed inefficaci tantj, estō venia, et sincerissima.

134

Ceterj hie reponi potest verum illud, à Theologis Philosophisque requisimus axiōmā, propter quod utrumquodque tale est, et illud magis: ex quo clare deducitur, quod si Deus propter gloriā vult gratiam, velit magis gloriā; sed efficaciter vult gratiam: ergo prius et à fortiori vult efficaciter gloriā. Attamen facile respondetur nullus in presenti robori esse; quia Deus non vult unj propter aliud, sed unice vult unj esse propter aliud, ut obicit ex Divo Thomā dictj est num. 4.º. Non ergo requiritur ex adagio, Dej ante proleia merita magis optare gloriā hominibus, quam gratiam, sed ut magis proleat, et primarij eū decidere vitam eternam, quae gratiam in hac vita: et re ipsā vult uti quē magis, et melius homines esse beatos, ipsā quae beatitudine

135

vanetos, quam illos in hoc mundo vanete vivere.

Quia tamen
evenit inter homines, ut qui proponit alteri primum per meritum
consequendum, prius velit illum adigere primum, quam inseparabili
media, quae eo obtineat: et finem eo modo proponens recte dicitur
velle unum propter aliud, et non solum velle unum propter aliud;
Ideo responderi potest, negando quod ex memorata pars media requatur
eum, qui vult alteri finem, et propter finem praestare media, velle
finem efficaciter, eo quod velit efficaciter probare media: quia cum ipse
media dare teneatur, utique debet efficaciter illa velle: aliunde vero
cum ipse non teneatur vbi finem adrequi, sed illy proponat alteri
consequendum, proprie non requiritur, ut prius velit efficaciter
dare finem, sed vat est, ut vel intensius cum velit, vel tanquam quid
proximum, et primum. Hoc inter homines accidit: ergo sufficit,
ut Deus finem illy veluti quid proximum optet, cum intendit illy
desiderare nequeat ob hancque dicitur.

Secundo iam ad argumentum
respondeo, concedendo volens ordinatè debere prius etiam efficaciter
velle finem aliquem, quam velit media: non tamen omnem fi-
nem, cuius adaptioni media conducunt. Deus ergo media pro valore
consequenda probet ex intentione efficaci, primo constituendi homi-
nem proxime potestatem operari valutariter, adeoque plenè liberum
ad vitam eternam sibi procurandam: secundo manifestandi bene-
ficentiam, liberalitatem, aliasque perfectiones in quarum ostensione glori-
am suam auerit: et finem hunc universalem Deus intendit effi-
caciter, et semper obtinet in omnibus suis operibus, ut probatur est disp.
1^a sect. 4^a. Hinc ad argumentum in forma, sic aliter distinguo majorem:
qui vult ordinatè, prius vult finem aliquem, vel etiam aliquos, quam
velit media, concedo majorem: prius vult fines omnes, ad quos media re-
ferri valent, nego majorem, et admissa minori, nego consequentiam.

Quia
vult aliter ex dictis num. 136. distinguo majorem argumenti: qui vult
ordinatè

ordinare quæ vult finem à se consequendum, concedo majorem; obtinendum ab alio, subdividinguo; vel affectu simplici, vel efficaci, concedo majorem: necessario efficaci, nego majorem. Finis ergo, qui proponitur alteri consequendus, proprie non tam est proponenti, quam illius cui proponitur; qui namque finem ita proponit, non atsequitur finem, sed alteri relinquit, ut eum promoveatur, et obtineat. Quæ sufficit, ut alteri desiderans finem affectu simplici, velit affectu efficaci media prestare, quibus propositum illi finem adquire valeat. Alii vero sibi finem obtinendum proficit utique quæ debet efficaciter vel le finem atsequi, quam applicare media; quia finis et media suo potestati, et voluntati subiciunt, sibi que committuntur executioni mandanda. Cum itaque Deus proponat hominibus vitam æternam, ut premium bonorum operum ad ipsi eliciendorum liberè, non decernit ex se dare merita, quo sunt media gloriam obtinendi, sed volens illi affectu simplici beatitudinem, efficaci voluntate vult ei conferre media gratis, quæ vitam æternam promoveantur, et consequantur. Nec obest quod tantæ efficaciter velit aliquibus prestare media sufficientia, aliis autem efficaciter vique ad finem vitæ; quia non inde probatur in Deo voluntas efficax dandi nonnullis gloriam ante prævia merita, cum ex eodem affectu simplici possit uni præbere media efficaciter, et alteri sufficientia duntaxat: finis enim propositus, est eorum, quibus proponitur, potius quam illum proponenti.

Arguunt octavo:

139

si prædestinatis non antecedit absolute prævia merita nulla specialiter beneficentia Dei verificata erga prædestinatos pro reprobis, cui isti equaliter ac illi auxilia gratis conferat, quibus merita valeant elicere. Unde sequitur, discretionem Electorum à reprobis haberi, non ex peculiari beneficio Dei, sed ex boni ipsorum operibus, meliori que libertatis eorum: quod manifestè dicitur et, ut patet contraarium Scriptura Sacra, quin et abhorrens à communi sensu Fidelium, qui rectè censent electionem ad vitam æternam præcipue materiam esse gratiarum actionis, adeoque donum omnino, gratis erogatum à Deo. Quapropter, ut hoc et

similia vitentur abunda, quod destinatio absolute pro via merita procedens admitti debet: ergo &c.

Respondet primo, ponderatum in-
conueniens à multo plane nulli existimari, dicentibus ante pro via
merita repugnare Deo maiorem aliquem affectu, aut desiderium
beatitudinis erga prodestinatos, quam erga reprobos. Quandoquidem
ex parte Dei talis inaequalitas esse nequit, cum actus Diuinus in ve,
ut ipsa Dei essentia, consequenterque non possit esse maior, et minor.
Abundè nec ex parte rei solito prospera reperiri valet inaequalitas, et
ante meritorum provisione omnibus eandem optet gloriam, et quantitas est
in ve singulis abique mensura, dummodo non illam excedat, mi-
nuant, aut limitent vni meriti. Sicut enim Deus non decessit
efficaciter dare gloriam ante merita, quia daturus est illam ex me-
ritis, ita neque magis vni desiderat tantam, et talem gloriam, quam
alteri, nisi ex tantis, et talibus meritis eius.

Nilominus respondeo se-
cundo concedendo, Deum exercere maiorem beneficentiam erga pro-
destinatos, eosque magis diligere quam reprobos; non tamen quia vult
antecedenter illis ad maiorem ordinare gloriam, sed quia post merita
vult efficaciter gloriam eis imperare: et propterea, quia voluit prodes-
tinatis maiorem elargiri gratiam, scilicet efficacem usque ad finem
vite, cuiusmodi certe gratia boni est maior, et estimabilior. Unde
quantum ante pro via merita non magis optet vni, quàm alteri vitam eter-
nam, inde non inferatur, gratiam esse beneficentiam eius, et amorem
erga reprobos atque prodestinatos; quod namque Dei voluntas ad glo-
riam relata tanquam ad boni voluti, sit communis et equalis ante
merita, non efficit, ne relata ad gratiam sit inaequalis et maior ex-
tra prodestinatos, quam erga reprobos; nam ut inquit Augustinus, reum.
117. citatus, etiam in multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vo-
cat, quomodo eis vocari oportet, ut res requiratur.

Utrum collatio gratis congrua,
vel in circumstantiis, in quibus effectus habitura prodestina, auget conceptus

gratio, misericordia, doni, et beneficii; quia cum hoc omnia dicantur
cum respectu ad subjectum cui conferuntur, utique major gratia, et mi-
sericordia, major doni, et beneficium erit, quod commodius, et utilius
est illi cui datur. Quare Divus Augustinus ubi iuxta allegatus adun-
git, nullius Deum frustra miseretur; cuius autem miseretur, vicium
vocat, quomodo vult ei congruere, ut vocantem non resquat. Co-
hinc, eto conceptus gratia, misericordia, doni, et beneficii dicat quo-
que respectu ad animum donantis, etiam ex hoc respectu, exercit in-
prodictis rationibus collatio gratia congrua prodaturati; fit enim a Deo
perfectissime cognoscente congruentiam ejus ad miseriam sublevan-
dam, et utilitatem illi afferendam, eto quoad substantiam, aut on-
tativam sumpta non excedat, imo longe sit inferior alij gratia,
quo congrua non sunt.

Ex his manifestum est, importune nobis
obtendi, quod ex opinione nostra sequatur non a Deo, sed a bono
liberata in u. fieri discretionem inter predestinator, et reprobo; quia di-
cretio de qua Divus Paulus 1^a ad Thimotheum cap. 4^o. Quis enim se
dixerit? Quid autem habet quod non accepit? Si autem accepit, quid
glorietur quasi non accepit? A Divina vocatione demittitur, ut enim
ait Augustinus adductus num. 111., at enim quia non procedit vo-
luntas bona vocationis, sed vocatio bonam voluntatem, propterea vocanti
Deo recte tribuitur, quod bene volumus, nobis vero tribui non potest,
quod vocamus. Ideantur quo dicta sunt, ac etiam ex Augustino de
sumpta num. 113: qui demum nostram hanc doctrinam expresse tra-
dit in quibus lib. 2^o contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 7^o: Ille dice-
rit, qui unde dixerit impertit, nonam debuit reme vobis, indebit
gratiam largiendo.

Agostinus igitur in textu memorato discretionem im-
probat a vobis naturalis virtutis ortum; vobis vero discretionem, qua na-
catur a vobis gratia; nec ibi vobis universum hominem de bonis
operibus glorietur; sed vobis reprehendit vanam ostentationem, et arro-
gantiam, qua vobis tribuunt, quasi propria virtute

tanti, et non ad iutorio Dei facta. Sic Augustinus locum istum
interpretatur Epit. 106. ubi repetens objecta Pauli verba ut ait in
" addit: hoc utique coram Deo, non ut homo non gloriatur: sed ut qui
" gloriatur in Domino gloriatur, non ex operibus, ne forte qui extollar
" tur. Non quia bona opera ista quia cogitatione frustrantur, cui Deus
" addat unicuique secundum opera eius, utique que gloria, et honor, et pax
" omni operanti bonis: sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratis.
Quatenus videlicet opera meritoria procedunt a gratia natura
lem arbitrij vim deservante, nullatenus autem per naturam volunta
tis activitatis potest obtineri gratia.

145

Deus ut omnino pateat assensum
a Paulo discretionem aliorum ab alij, opinioni nostra magis consonam,
et conformem esse, quae opposito, nihil audiatur Augustinus libro
octoginta tunc questionum quest. 68. ubi loquens de invitatis ad con
gremium, quae secundum expositionem omnes, erat figura gloriae, sic ait, ad illam
" enim conam, quam Dominus dicit in Evangelio (Luc. 14.) pro
" parat, nec omnes, qui vocati sunt venire voluerunt: neque illi
" qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur. Itaque nec illi de
" bent tibi tribuere, qui venerunt: quia vocati venerunt: nec illi
" qui noluerunt venire debent tibi tribuere, sed tantum tibi, quo
" niam ut venissent, vocati erant in libera voluntate. At qui
iuxta vententiam contrariam, qui vocati non venerunt, tibi
non tibi tribuere possent, quod non venerunt vocati; id enim possent
inquire de Deo, qui non prolegit eos: ergo.

146

Hic obiter advertendum,
utrum ex dictis percipiatur esse multae differae providentiae erga pro
destinatos a providentia circa reprobos. Illa quippe non solum est effi
cax quoad finem generalem, sed proterea quoad finem particula
rem gratia finali, ac otensio beatitudinis: atque adeo prodestinatio
non solum discriminatur a providentia circa reprobos ex providentia
Dei, sed etiam ex efficacia gratiae, quam in actum secundum largitur pro
destinati, et non reprobi. Differa inquam ex multiplici dono quod

illi pro utriusque effectivitate probet. Neque beneficentia Divina specialiter esse debuit erga predestinatos; eo quod prosciens Deus efficaciam gratiæ, non deo, nempe quia novit efficacem fore, illam exoret; ut enim cognitio objecti, et circumstantiarum ejus det speciem actui voluntati, minimè requiritur, quod objectum formaliter et reduplicative tangatur et representetur per talem cognitionem. Liqueat hoc evidenter in cognitione detegente malitiam, aut prohibitionem alicujus objecti; nam ut actu evadat moraliter inhonesta, non oportet velle objectum illud quia præteritum, seu quia vitium; sed satis est, ut simpliciter affectivè tendat voluntas in objectum cuius malitia, vel prohibitio cognoscitur. Deum ergo speciatim ad predestinatos beneficentiam exercet imperterriti illis auxilia, quæ novit efficaciam fore, et metiri non idcirco, vni quia futuram efficaciam prosciens, illa conferat.

Ut ergo (quod proxiis determinatè spectat) beneficium inest tali augeatur, necesse non est ut undique, vel ex omni capite caescat. Patet exemplo vulgari: donans alicui unum margaritam, quem, ignarus valoris ejus, parvi pendebat, erit sic erga donatarium afficeretur: do tibi gemmam hanc, ut in opio tuo sublevarando totum ejus pretium impendas, profecto non tam liberalis, ac beneficus erit recipienti lapsi domi, ac si totum hujus valoris promovisset, eo quæ cognitio vni similem haberet affectum, scilicet, do tibi gemmam hanc, ut in opio tuo sublevarando totum ejus pretium impendas. Ratio est manifesta, quia totus gemma valor plene novus et perspicuus, impedire, l. v. altem retardare poterit à donatione faciendâ: proinde quæ major aliqua difficultas in donando lapide superata, quando totum ejus pretium agnoscat, quam dum ignoratur; ergo majus beneficium largitur donatario, qui totum doni valoris exploratè habens, id exagat, quam is qui donat, incomperato doni pretio, quantum, et supponimus, idem recipi sit, quod impartitur in utroque casu.

Hinc innoscit, quâ ratione Deus liberaliorem se, magis quæ beneficium exhibeat predestinatis, quam repro-

bi, licet entitatis gratia, vel etiam quoadmodum maiora conferat illi
auxilia, quam illi; quia perfectissima cognoscens efficaciam auxilij
retardari potest a concessione illius, ut potest proxiis concedi: et citra in-
juriam alicuius potest elargiri gratiam sufficientem: ergo beneficentia
Dei procedit ea proxiis, quod scientia congruitati auxilij nec im-
pediat, neque retardet quum ab eju collatione, quanquam aliunde
non illud promer formaliter ut efficax, vel quia efficax formaliter.
Majoritas itaque beneficii non veniunt eis mensuranda cum intrinseco
valore doni tantum; sed aliquando cum extrinsecis circumstantiis, que mag-
nopere adaugent estimabilitatem ejus: interdumque crescit a solo donis af-
fectu, qui tamen dicitur a quibusdam assignatus, ut unica beneficii men-
sura considerandus est non solum intrinseca, sed etiam extrinseca, seu
iuxta circumstantias, quas inter eminet cognitio, tum valoris, tum
utilitatis in dono conferendo.

149

Unde concluditur, et observandum est
accurate, quod licet ad conceptum beneficii proprie sumpti requiratur
ex parte beneficentis actio benivola; non tamen ideo necessaria est
actio magis benivola, ut beneficium sit majus: ad hoc enim omnino
sufficit, vel augmentum doni eodem genere verante affectu, vel incre-
mentum libertatis etiam aliquatenus immixto dono. Quomodo
dum tamen meriti sit actio libera tendens in objectum honestum;
assumendum ut meriti fiat majus non exigit objectum honestum deestimi-
nate: sed vel honestum objectum, quod eadem proxiis invariata liber-
tate respiciat: vel majorem libertatem, qua prosequatur illud ipsum
objectum, aut aliud equali honestati. Augmentum ergo beneficium quo-
tius libertas in beneficente crescit, et intrinsece non minuitur donum:
vel quoties hoc ampliatum, et equali in beneficentia gerat affectus.
Hi procurato manent alio fluxu adversariorum objectiones, ac etiam
replicae contra prioritas argumento solutiones.

150

Arguunt nono: Deus
absolute volens conferre gratiam, quam scientia conditionata pro-
vidit futuram esse congruam ad iustificationem, per severantiam fi-

nalem, et vitam eternam obtinendum, vult efficaciter ipsam vitam eternam; sed hoc Divina voluntas antecedit absolute pro-
 pria merita: ergo Deus vult efficaciter dare gloriam ante meritum
 provisionem absolutam. Consequentia est recta: et minor indubitata;
 nam in signo scientis conditionato meritum, hoc absolute futu-
 ra non vult, sed conditionate tantum. Nam vult major ita sua-
 detur: Deus vult impertiri gratiam, qualem esse prohibet; atque
 pronovit illam, ut daretur, fore efficacem: ut efficacem ergo vult
 eam erogare. Confirmari potest; quia voluntas Dei non est mi-
 nius comprehensiva, quae sit ejus intellectus; sed intellectus Divi-
 nus cognoscit gratiam illam futuram esse congruam quodam assen-
 sioneam vult ergo: ergo Divina voluntas ad hanc etiam exten-
 ditur.

Facit, hoc argumentum pro coherere vult, et ingeniorum est.
 Sed respondeo negando majorem: in cuius probatione concedi promissis,
 nego consequentiam: vel distinguo consequens: vult largiri gratiam
 ut efficacem, to ut dicere rationem cognitam, et concomitantem pro-
 piam voluntam per modum objecti materialis, etiam consequens: to
 ut reduplicante rationem efficaciter provolutam, subdistinguo, ef-
 ficacia relata volum ad finem proximum omitto consequens: rela-
 ta etiam ad finem ultimum, nego consequentiam. Ad confirma-
 tionem: concedi quoque promissis, distinguo consequens, Divina vo-
 luntas extenditur ad vitam eternam affectu simpliciter, concedo
 consequentiam: affectu simpliciter efficaci, nego consequentiam.

151

Ugi-
 tur in signo scientis conditionato collatio gloria tanquam coronae
 non est efficaciter absolute volubili a Deo; quia nimirum in illo signo
 nequit habere rationem promissis, cum in eo merita non intelligan-
 tur absolute, meritumque quare conditionati nullum omnino corres-
 pondere promissis: alioquin promiscandus esset Judas et supra monstra-
 vimus. Deus ergo volens impertiri gratiam, quam conditionate
 providit efficacem esse futuram, vult efficaciter absolute collationem

152

ignis gratis congrua. Quod si prædefinitiones admittantur, tunc
etiam vult efficaciter absolute consensum voluntatem, qui est finis
proximus, ex efficaci videlicet illius intentione, gratiam congruam
relargitur in hac voluntate; minime vero vult efficaciter absolute,
neque tunc ita velle poterit finem remotum, qui est gloria. Vnde
si prædefinitiones abigantur, Deus in signo voluntatis conditionata vult
vult formaliter efficaciter collatione gratia, quæ pronovit congruam,
et consensum voluntatis præcisè tanquam rationem cognitam, simul
que voluntatem et objectum materiale: nec aliter vult gloriam in eo signo,
quam affectu simplici, tametsi verò secundum antea dicta. *Qua*

153

propterea etiam Dei voluntas quæ comprehensiva sit, ac est eius intellectus:
non inde requiritur, quod quicquid hic attingit, etiam illa complec-
tatur: voluntas enim est libera, verus autem intellectus: illa in se
volubilia prærequiritur unum alio rejecto: ut necessario percipit, et cog-
noscat omne visibile: ergo quod perfectio Divina voluntatis adque
perfectio intellectus Divini, non vincit intentum confirmationis.
Unde, quæ iam indicatum est, gloria ut corona non est in illo signo
efficaciter absolute volubilis, quia nullatenus in eo valet induere con-
ceptionem beatæ, consequentia quæ nec rationem coronæ; sed evidens est,
quod nequeat esse volubilis sub ratione cui repugnat, vè quæ repugnat
ipsi: ergo nequaquam est efficaciter absolute volubilis in signo memora-
to in quo proinde Divina voluntas illam efficaciter et absolute velle non
potest.

154

At foris inquit: Deus absolute decernit erogare gratiam,
quam voluntati conditionata prævidit efficacem, vult absolute conferre
gratiam, ad quam infallibiliter gloria ventura est: ergo efficaciter abso-
lute velle gratiam ejusmodi, est efficaciter absolute velle gloriam et
coronam. Nego consequentiam; quia gloria ut corona non est efficaci-
ter absolute volubilis in illo signo. Proterea, quomodo efficaciter absolute
te velle aliquid ex quo sequitur aliud infallibiliter absque novo libera-
ti exercitio, ut velle illud aliud; verus autem dum eo quod infallibiliter
ex aliquo

ex aliqua sequitur, à novo, et gratiam aliena libertati exercitio pendet. Sic Deus efficaciter absolute vult propagationem generis humani, quin efficaciter absolute velit originale peccatum, in quo quilibet homo concipiendus est infallibiliter.

Arguunt decimo: nemo valeatur sine dono perseverantis finalis; at qui donum hoc ex sola gratia, non ex merito est: ergo &c. Respondeo primo, pro gloria consequenda non omnino necessariam esse longam in gratia perseverantiam, cum, statim quæ homo iustificatus, emori possit, perpetua que donari beatitudine. Respondeo secundo, iuxta communem, et fundatissimam Theologorum opinionem, quod etiam donum perseverantis finalis non cadat sub merito de condigno, potest autem cadere sub merito de congruo, nec non sanctorum orationibus, impetrari nobis, et alijs. Respondeo tertio, donum perseverantis non adeo gratuitum esse, ut nequaquam à libera cooperatione nostra dependeat; qui namque perseverat, potest non perseverare, qui non perseverat, perseverare valet.

Constat etiam ex Andantino Versione 6. cap. 13. Vultis omnes veram habere perseverantiam facultatem, quando quidem ibi dicitur expresse, Deus enim, nisi ipsi illius gratia defuerint, vixit cogit opus bonum, ita perficiet operam velle, et perficere. Non tamen hinc efficitur, ne longè magis, ac estimabilius beneficium ipsi exoptata, qui vel in gratia confirmantur, vel eripiuntur ab imminutionibus laboris periculis, vel demum subito transferuntur ad gloriam, ne divitiis in terra regentes acceptam iustitiam amittant, secundu illud sapientis 4. captus est, ne matutina mutaret intellectus qui, aut ne fictis deciperet animum illius. In specialibus enim hinc casibus. Divina bonitas, et misericordia speciatissime resplendent.

Arguunt undecimo: Deus adeo sollicitè quorundam salutem prospicit, ut à teneris annis, vel ante rationis usum, eum abundantè impendat celestia sua dona, quin et toto vita decursu servet illibatos ab omni culpa lathati: nonnullos etiam adultos transgressis

inquinatos criminibus vedatè prosciolatur, quosquè poenitentiam
agant, et ne rursus in delicta prolabantur ad Colum accipit. Alios
contra, qui longam in omnimodis pietatis operibus egere vitam, ne-
linguit. inter presentissima cadendi discrimina, quo certo proscit nuq̃
illis allaturus, nequè iam delinquentes expectat, ut resipiscant, sed vèl
naturali reru ordine utatur interire, l. ab alio perire sinit. Nam verò
quod ita misericorditè se gerat Deus erga priores, et in posteriores tam
acerbè, tamque reverè animadvertat, ex parte hominũ causa, l. ratio
nulla potest assignari: quare tota illa diversitas in Dei voluntate est re-
ferenda, qui proinde dicendus est antecedentè efficacitè aliquos ad glo-
riam eligere.

158

Hec porro, argumentis, quod vocet parvulos, mox ante
vèl illuc post receptum baptisma. Decedentes, importunè est; quia vobis
in presenti loquimur de predestinatione ad gloriam et coronam: et ra-
tione non diu utentes illa, gaudent ut hereditate, vel personalibus ali-
orum delictis eã privantur, ut abundè patet ex dictis sup. 2. v. c. 5. 6.
Deinde quod adultor attinet, dico, vèl argumento nihil evinci, vèl
eo manifestè probari, Deum efficacitè absolute reprobare quosdam
homines ante prociã demerita; quia si perditionis cuiusdam impe-
rata concensio persuadet antecedentem ejus electionem, et efficacem oratio-
nis sue valentem intentionem ex quâ Deus auxilia congrua paravit illi
convalescendo; vèl similitè inopinatus finalis lapsus hominis antea vanissi-
mi, arguet antecedentem absolutè ejus reprobationem, et efficacem oratio-
nis sue perditionis intentionem, ex quâ Deus auxilia velle incongrua,
quia talia, quod profectò turè vove que nimis audit.

159


Mirabili itaque di-
versitas eventus ejus modi tota provenit ex inaequali vocatione, et gra-
tiae, quantum ad differentiam, collatione; vèl ex obstinata duritie liberi
arbitrii, quod altissimi aliquando vocationibus, gratiisque fortissimi
obstitit. Interdum ergo vici quoniam sufficienti, vèl exigua gratiã donan-
tes, ut fidelitas eorum in tentatione probetur, et elucescat: frequenter
que illa tenui gratiã superant suggestiones, et pericula, quibus tam ipsi;

quam alij, quandoque robustiori gratia freti succumbunt. Non
nunquam etiam homines improbi, quique crebro recitentur auxilio
vultuissimi exili, gratis persequentissime cooperantur. Unde saepe contin-
git, viros eo usque flagitiosissimos gratia ornari utrenni, et egregii
virtuti doni, et videlicet in ipsorum conversione miranda, semper in-
exhausti Divino misericordis thesauri clarescant. Prode ne justè
condemata nihil ex predictis eventibus, quantumcumque ponderar-
i, elicita, quod antecedenti ad gloriam electioni favoreat!

Eandem

160

arguunt: Christus Dominus omnino gratia, et non ex gratia mer-
iti, predestinatus est filius Dei; sed Salvator nostra non solum
est caput, sed etiam exemplar predestinatorum omnium: ergo cuius-
libet predestinatio fit ante provisionem meriti. Respondeo, predestinati-
onem Christi Domini ad unionem hypostaticam esse comparandam
electioni nostra ad gratiam, et non electioni nostra ad glo-
riam: illa siquidem independens est à merito, hac autem ex merito
habetur. Deinde sicut adversarij non ostendunt Christum Dominum
ante provisionem unionis hypostaticae fuisse predestinatum ad gloriam
Filij Dei, ita nec exhibent, neque facile poterunt adducere rati-
onem aliquam, cum ex predestinatione Christi ad unionem hypostati-
cam, debeat nostra predestinatio ad gloriam absolute provisione meriti
nostra praeire. Denique retorquens argumentum: Christi predesti-
natio ad filiationem Dei, ne dum in ordine intentivo, sed nec in
executivo merito praeiungit; ergo neque predestinatio nostra ad
gloriam ulla merito praeiungit, etiam in ordine executivo.





Index titulorum quos tractatus hic
complectitur.

Disputatio 1.^a
De Divina Providentia in com-
muni ----- fol. --- 1

Sectio 1.^a
An et quid sit Providentia Di-
vina ----- fol. --- 2

Sectio 2.^a Voluntaria argumen-
ta contraria ----- fol. --- 3.

Sectio 3.^a alia circa providentiam
in communi declarantur ----- fol. --- 5.

Sectio 4.^a Alterius decisione quorun-
dam inchoata Providentis descriptio
concluditur ----- fol. --- 7.

Disputatio 2.^a
De voluntate Dei erga salutem om-
nium -----

Sectio 1.^a An voluntas Dei de sa-
lute omnium etiam Reproborum, sit
beneplaciti, vel tantum igni? ----- fol. --- 10

Sectio 2.^a Refutantur resolutiones ad-
versariorum ----- fol. --- 13.

Sectio 3.^a Voluntaria argumenta
contraria ----- fol. --- 15

Sectio 4.^a An hoc Dei voluntas ex-
tendatur etiam ad sufficientiam et ve-
rio providendum reparacioni gene-
ris humani post lapsum? ----- fol. --- 18

Sectio 5.^a An aliena Dei voluntas

ad salutem quoque Reproborum, veritas
et sinceritas examinetur ----- fol. --- 19

Sectio 6.^a voluntaria argumenta
contraria ----- fol. --- 22

Sectio 7.^a Insequitur assumptum
precedenti ----- fol. --- 25

Disputatio 3.^a
De axiomatico Theologico facienti
quod est in ve Deum non denegat
gratiam -----

Sectio 1.^a Aliqua proponuntur doc-
trinae intelligentiam Adagij necessa-
ria ----- fol. --- 28

Sectio 2.^a Insequitur assumptum
antecedenti ----- fol. --- 31.

Sectio 3.^a Prima Propositio acceptio
proponitur et refutatur ----- fol. --- 33

Sectio 4.^a Altera Propositio interpre-
tatio refellitur ----- fol. --- 36

Sectio 5.^a voluntaria argumenta
contrariorum ----- fol. --- 40

Disputatio 4.^a
De alij axiomatici acceptionibus

Sectio 1.^a Sententia Prologij explicata
et refutatur ----- fol. --- 45

Sectio 2.^a Quarta axiomatici expo-
sicio proponitur ----- fol. --- 48

Sectio 3.^a Quinta prologij acceptio



proponitur ----- fol. --- 50

Sectio 4^a. Natura, sive axiomate
veritatis proponitur, et subditur fol. 52

Sectio 5^a. Voluntaria argumenta
contraria ----- fol. --- 55.

Sectio 6. Alia contrariorum argumen-
ta voluntaria ----- fol. --- 59

Disputatio 5^a

De indole, existentia, et necessitate
Predestinationis ad salutem eter-
nam consequendum -----

Sectio 1^a. Explicatur quid sit Pre-
destinatio, quodque subiecti eius fol. 62

Sectio 2^a. Interditur quinam sit ter-
minus ad quem Predestinationis ----- fol. 66

Sectio 3^a. An, et quatenus, Predesti-
natio comparetur cum Inviden-
tia? ----- fol. --- 69

Sectio 4^a. Voluntaria argumenta
contraria ----- fol. --- 71

Sectio 5^a. An Predestinatio necessa-
ria sit ad vitam eternam conser-
vandam? ----- fol. --- 76

Sectio 6. Voluntaria argumenta
contraria ----- fol. --- 80

Disputatio 6^a

De Divinis actibus in negotio Pre-
destinationis intervenientibus. -----

Sectio 1^a. Aliqua pronotantia ad
requentes difficultates agnoscenda om-
nino necessaria ----- fol. --- 83

Sectio 2^a. An visu actuum necessa-

rio distinguatur ab electione me-
ritum? ----- fol. --- 86

Sectio 3^a. An ad predestinationem
requiratur imperium intellectu-
ale? ----- fol. --- 89

Sectio 4^a. Insequitur materia
precedenti ----- fol. --- 93

Sectio 5^a. Materia precedentium
duarum sectionum abolitio ----- fol. --- 94

Disputatio 7^a

De necessitate scientie conditionato
contingentis effectuum ad Predestina-
tionem: in quibus que Divinis acti-
bus ita consistit -----

Sectio 1^a

Utrum scientia conditionata, generatim
et absolute, necessaria sit ad Predesti-
nationem? ----- fol. --- 97

Sectio 2^a. Utrum scientia conditi-
onata requiratur ad Predestinationem
antecedentem absolute propria me-
rita ----- fol. --- 99

Sectio 3^a. Utrum dicta scientia ne-
cessaria sit ad Predestinationem, ut recur-
dam alias opiniones destructam, et
explicatam? ----- fol. --- 101

Sectio 4^a. Utrum Predestinatio sit ac-
tu intellectus, an voluntati Dei,
vel utriusque? ----- fol. --- 103

Disputatio 8^a

De subsecutione, vel antecedentia
Predestinationis ad meritum gravi-

ionem absolutam? ———

Sectio 1^a. Explicatio questionis ven-
tu questionis, variis supra ea refe-
runtur Authorum sententia — fol. — 105

Sectio 2^a. Ex Sacra Scriptura pro-
batum, efficacem electionem de glo-
riam esse potest absolute procreta me-
rita ————— fol. — 108

Sectio 3^a. eadem assertio iudicatur
ex Sancti Patribus ——— fol. — 112

Sectio 4^a. Probatum à ratione con-
clusio nostra ——— fol. — 116

Sectio 5^a. Praecedit assumptum
antecedenti ——— fol. — 122

Sectio 6^a. voluntaria argumenta
contraria ——— fol. — 124

Sectio 7^a. Alia contrariorum
argumenta voluntaria — fol. — 130

Sectio 8^a. Reliqua contrario-
rum argumenta voluntaria

———— fol. ——— 134

